DE PARODIA

IN

COMOEDIIS ARISTOPHANIS.

LUGD.-BAT.: TYPIS L. VAN NIFTERIK HZ.

DE PARODIA

IN

COMOEDIIS ARISTOPHANIS.

LOCOS UBI ARISTOPHANES VERBIS EPICORUM,
LYRICORUM, TRAGICORUM UTITUR,

COLLEGIT ET ILLUSTRAVIT

W. H. VAN DE SANDE BAKHUYZEN,

PRAECEPTOR LING. NEERL. IN SCHOLA RHENO-TRAIECTINA
DICTA HOOGERE BURGERSCHOOL.

TRAIECTI AD RHENUM,
APUD J. L. BEIJERS.
MDCCCLXXVII.—

PRAEFATIO.

Saepissime Aristophanem versibus aliorum poetarum, epicorum, lyricorum, inprimis tragicorum usum esse neminem latet qui eius comoedias inspexerit. Qui si omnes in lucem protrahi possent, multa quae nunc caligine obducta sunt perspicua forent multasque summi comici facetias melius intellegeremus.

Plerosque iam tetigerunt locos viri docti qui commentarios in Aristophanem scripserunt; sedulo de parodia egerunt inter alios Taeuber et Ribbeck [1]). Quorum scripta multum mihi profuerunt. Cum autem non omnes ut mihi videntur locos indicaverint neque sibi proposuerint indicatos locos interpretari non acta mihi agere videbar parodias Aristophaneas denuo colligens et ubi opus esset annotationibus instruens.

---

[1]) H. Taeuber. *De usu parodiae apud Aristophanem.* Nachricht von dem Kön. Joachimsthalschen Gymnasium. Berolini. 1849.

Woldemar Ribbeck. *De usu parodiae apud comicos Atheniensium.* Pars I (continens epicorum parodias). In programmate gymnasii Col. Agripp. Berolini. 1861.

Id. *Die Parodieën bei den Attischen Komikern.* Zweiter Theil. Zeitschrift für das Gymnasialwesen XVII. Berolini. 1863.

Id. *Die dramatische Parodieën bei den Attischen Komikern.* Epimetrum commentarii in Acharnenses Aristophanis. Lipsiae. 1864.

Itaque lustravi Aristophanis comoedias et fragmenta et, cum apud grammaticos late pateant parodiae fines (vid. Taeub. l. l. p. 1 sqq. Ribb. De usu parod. Part. I. p. 1 sqq.), omnes mihi proposui componere locos quibus comicus alios respicit poetas, non tantum parodias vere sic dictas quibus gravia aliorum verba aut tragoediae argumenta in iocum detorquet, id agens ut aut reprehendat aut, quod plerumque facit, risum et hilaritatem excitet, sed eos quoque locos ubi aliena verba citat vel suis intexit ut sermonem suum rotundiorem et elegantiorem reddat. Cum autem acerrima tela in tragicos coniecerit Aristophanes, par erat de his me copiosius disputare.

Quae iam ab aliis ab omni parte explorata erant indicavi tantum, paulo fortasse obscuriora explicare conatus sum, in originem parodiarum inquisivi, praesertim ut ostenderem quid valeant comoediae Aristophanis ad deperditas tragoedias restituendas. Nonnulla praeterea annotavi quae in commentatione de parodia in Aristophane facile abesse potuerant, quae tamen me obiter monuisse, dummodo aliquid veri insit, lectores spero fore ut vitio mihi non vertant.

Quae omnia explorantes non possumus non admirari et comici felix ingenium iocosamque petulantiam quae post tot secula legentes adhuc exhilarat, et teretes aures theatri Atheniensis quod nonnumquam quidem salem Megaricum Attico praetulit, at tantopere tamen poetas amabat et triverat ut Aristophanis parodias intellegere posset iisque delectaretur. Docemur simul quid de aliis poetis Aristophanes senserit. Epicos et lyricos non saepe tetigit et ludibrio nullos habet nisi oraculorum consarcinatores et dithyrambicos ampullantes; Sophoclis verba rarissime attulit; Aeschylum admirabatur, ita tamen ut nonnumquam subridens eius magnificos et ponderosos citet versus; Euripidem prae aliis mordacibus laceravit iocis. Quod quamquam nonnumquam iure fecisse mihi videtur, minime ubique in Euripidem nobis subscribendum esse arbitror.

Magna cautione eius iudicium adhibendum esse ubi rerum testimonia non adsint, ex iis quae Pericli et Socrati crimini dedit effici potest, imo e locis non paucis apparet eum nihil sibi illicitum duxisse quo laudem detrectaret qua eius inimicus fruebatur. Cuius dramata quanti aestimaverint Athenienses si non aliunde notum esset ex acerbis Aristophanis parodiis disci posset. Quo autem animo Euripides has cavillationes tulerit non traditur; fecisse videtur quod faciebant plerique illa aetate: iram cohibere et tacere; unus tantum extat locus ubi de protervitate poetarum queritur qui „γέλωτος οὕνεκα ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους" et „σοφῶν πέρι ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα", fr. Melan. V. 495. Aristophanem tamen parodias suas non frustra scripsisse docent mutati prologi tragoediarum Archelai, Phrixi, Meleagri.

Omnes has parodias me non invenisse ultro intellegitur. Difficile est eas e partibus choricis et melicis eruere ubi neque sermonis varietas neque numeri viam monstrant. Quin etiam in senariis ubi decernendum sit quid tragoediae sit reddendum, caute progrediendum est. Scholia enim quamquam saepe quantivis sunt pretii, non raro tacent interrogata, ut v. c. in postrema parte Avium ex qua mihi videtur Aeschyli tragoedia Prometheus πυρφόρος pellucere, aut in errorem inducunt lectores, ut Ach. 325, Vesp. 1326, Av. 348, 1242, aut corrupta sunt et confusa, ut Ran 465 sqq. Cavendum est deinde ne verbis comici poetae alicuius versus subesse statuamus ubi nihil nisi dicendi genus imitatur, denique ne nimio parodiarum indagandarum studio locos quibus nulla insit indicemus, nubem amplectentes pro Iunone. Quos scopulos evitare nisus sum; an mihi contigerit peritiores diiudicent.

In computatione versuum poetarum scenicarum et fragmentorum Aristophanis secutus sum Dindorfii editionem Lipsiensem quintam, fragmentorum tragicorum numerum adscripsi ex editionibus Dindorfii (D.) et Nauckii (N.), lyricorum e

Berol. editione tertia. Nonnunquam sub uno lemmate plures comprehendi locos, ut e. g. versus [illegible] 165—178, versus [illegible] 148—160, versus Pac. 73, 35, 42 et similia.

Quantum potui, operam dedi ut ea quae a viris doctis de locis a me allatis scripta essent cognoscerem eorumque nomina ubi opus erat indicarem. At in tali librorum copia nihil praetermittere admodum difficile est, et si forte mihi accidit ut de nonnullis tacuerim quorum opiniones afferendae fuissent aut tamquam mea protulerim quae iam ab aliis essent occupata, errorem mihi ignoscere velint.

Superest ut gratias agam viris mihi amicissimis, Henrico van Herwerden, qui mihi in hoc opusculo conscribendo consilio saepius adfuit, et Ludovico J. Morell, qui mecum curavit ne menda typographica lectores offenderent.

Et iam in concionem prodiens ubi tot tantique viri de literis Graecis egregie meriti verba fecerunt, meum facio illud Telephi:

μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι.

Videant illi an alicuius momenti sint quae collegi atque annotavi. Quae tamen spero fore ut lectoribus subsidio sint ad nobilissima veteris aevi monumenta melius intellegenda.

[illegible] mense Januario 1877.

ACHARNENSES.

Vs. 8. ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.

Schol. ἔστι δὲ τὸ ἡμιστίχιον ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου, ἔχον οὕτως,
κακῶς ὄλοιτ' ἄν· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.

Dobree, quem secuti sunt Nauck et Dindorf, ὀλοίατ'. Fr. 718. Quae an genuina sit lectio diiudicari nequit cum nesciamus utrum de uno an de pluribus hic sermo sit. Sententia est: „*interest Graeciae*", cf. vs. 205 et Av. 548.

Quae in initio scholii leguntur: τοῦτο παρῳδία καλεῖται ὅτ' ἂν ἐκ τραγῳδίας μετενεχθῇ emendanda videntur e lex. Suidae i. v. παρῳδούμενος: Καὶ παρῳδία. οὕτω λέγεται ὅταν ἐκ τραγῳδίας μετενεχθῇ λόγος εἰς κωμῳδίαν. Nisi praestat ὅ τι ἂν ut cit. Taeuber.

Vs. 33. στυγῶν μὲν ἄστυ, τὸν δ' ἐμὸν δῆμον ποθῶν.

Fr. adesp. 25 N. Schol. ὁ στίχος ἐκ τραγῳδίας. Tragicum esse indicat verbum στυγεῖν. Unde desumtum sit nescimus.

Vs. 47—50. ὁ γὰρ Ἀμφίθεος Δήμητρος ἦν
καὶ Τριπτολέμου· τούτου δὲ Κελεὸς γίγνεται·
γαμεῖ δὲ Κελεὸς Φαιναρέτην τήθην ἐμήν,
ἐξ ἧς Λυκῖνος ἐγένετ'· ἐκ τούτου δ' ἐγὼ
ἀθάνατός εἰμ'·

Ridet Aristophanes prologos tragoediarum Euripidis, quem Ran. 946 facit dicentem:

ἀλλ᾽ οὑξιὼν πρώτιστα μέν μοι τὸ γένος εἶπ᾽ ἂν εὐθὺς
τοῦ δράματος.

Conf. prologos Hecubae, Orestis, Phoenissarum, Herc. fur., Helenae, Ionis, Electrae, Baccharum, Iph. Taur, Aeoli fr. 14, Meleagri fr. 519, Phrixi fr. 816, et qui in Ach. prae aliis ridetur, Telephi, fr. 697.

Vs. 119. *ὦ θερμόβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένε.*

Fr. Eur. 852. Schol. *ἔστι ἐν τῇ Μηδείᾳ Εὐριπίδου „ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον."* Cum autem in Medea haec verba non legantur, suspicatus est Elmsley fragmentum esse Peliadum, in quo dramate Medeae partes fuerunt. Ab Euripide scriptum esse *ἐξευρημένε* coniecit A. Mueller in ed. Ach. Hann. 1813.

Sequenti versu imitatur poeta Archilochi verba, Bgk. fr. 91,

τοιήνδε δ᾽, ὦ πίθηκε, τὴν πυγὴν ἔχων.

Vs. 203. *ἐγὼ δὲ φεύξομαί γε τοὺς Ἀχαρνέας.*

Annotat Mueller: „Fortasse hic versus alludit ad fr. adesp. ap. Athen. XIV p. 658.

ἐγὼ δὲ φεύξομαί γ᾽ ἐλεύθερος γεγώς.

Praeivit Nauck, coniecturam Schweighaeuseri *φεύξομαί γ᾽* pro *φεύξομαι* probans, fr. adesp. 71; in certarum parodiarum numerum recepit W. Ribbeck. Die Acharner, Lips. 1864, p. 208 et 320. Dubito tamen num iure fecerit. Verba enim *ἐγὼ δὲ φεύξομαι* cur Aristophanes ex alio dramate sumsisset nulla cogitari potest causa, neque facile quis credat tam sterilis ingenii fuisse poetam ut ei opus esset talia ab aliis mutuari.

Vs. 317 sqq. *κἂν γε μὴ λέγω δίκαια, μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ,*
ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν.

Saepius hos versus et totam hanc comoediae partem legens, haesi et ob alias causas et ob mentionem quae fit *τοῦ ἐπιξήνου*. Truncus, quali lanii utuntur, in scenam affertur vs. 366, Dicaeopolis caput imponit et sic Acharnenses alloquitur vs. 480 sqq. Quae omnia insulsa potius et *τῆς φορτικῆς κωμῳδίας* propria quam facete ficta mihi videbantur donec incidi in fragmentum Telephi Euripidis 706, quod nunc video iam a Taeubero et Ribbeckio collatum esse,

Ἀγάμεμνον, οὐδ' εἰ πέλεκυν ἐν χεροῖν ἔχων
μέλλοι τις εἰς τράχηλον ἐμβαλεῖν ἐμόν,
σιγήσομαι δίκαιά γ' ἀντειπεῖν ἔχων.

Quae verba sunt, ut videtur, ipsius Telephi quem impedire volunt Graeci quominus verba faciat. Huc trunci inventum spectare verisimile est, cum saepissime in Acharnensibus drama Telephus perstringatur et inprimis cum Dicaeopolis, caput trunco imponens et orationem habens qualem habuit Telephus, eiusdem Telephi pannis indutus fuerit, vs. 430 sqq. Fieri potest ut in Euripidis tragoedia Telepho Graecos allocuturo adstiterit miles securim manu tenens, et huc pertineat fr. adesp. 340 N.

δεινὸς κολαστὴς πέλεκυς αὐχένος τομεύς,

sed utut est, nisi huic loco parodiam inesse statuimus, nihil continere videtur quod summi comici ingenio dignum sit. De Telepho infra plura dicemus; iam de hoc loco videndum est. Metrum laborat et orationis nexus. Utrumque restituere conatur Hamaker delendo vss. 316 et 318. At hoc revera est *κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι*, nam vsm. 318 respiciunt Dicaeopolis, vs. 355 et chorus, vs. 364, et nisi fallor, *τῷ ἐπιξήνῳ* respondet verbum *καταξαίνειν* vs. 320.

Aliam quaesiverunt medelam qui verbum *κεφαλὴν* emendare conati sunt, quorum varias coniecturas, quatuordecim numero, legimus in editione Muelleri. Edidit Dindorf *τὸν λάρυγγ'*; aliis *κεφαλὴν* interpretamentum visum est, ut Bergkio, qui *τήνδ'*

ἔχων ὑμῖν λέγειν coniecit. Nulla vero correctio ab omni parte satisfacit. Non enim intelligitur quare pronomine ὅδε, quo saepius partes corporis minus honestas indicat, hic de capite loquens usus sit poeta, neque, si τὸν λάρυγγ' legimus, quae Elmsleyi coniectura ceteroquin optima videtur, perspicuum est qua ratione τὴν κεφαλὴν in contextum irrepere potuerit. Muellerum, qui ex Hansingii conjectura τήν γε κεφαλὴν σχὼν λέγειν edidit, rogatum volo quid hoc loco sibi velit particula γέ. Quid scripserit Aristophanes non liquet, quid voluerit minime obscurum est. In Euripidis tragoedia gloriatur Telephus se non reformidare dicere quod sentiat, se non taciturum esse ne si mortem quidem sibi intentent inimici. In comoedia haec immutantur ut risum moveant declaratque ipse Dicaeopolis se capite trunco imposito velle concionari. Verum si quaerimus quomodo haec sententia cum praecedenti cohaereat, gravior oritur difficultas. Unusquisque vs. 316 legens:

κἂν γε μὴ λέγω δίκαια μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ,

exspectat: *tum vobis licet morte me afficere*. Sed aliud quid sequitur: *tum orationem habebo* ὑπὲρ ἐπιξήνου. De duabus igitur orationibus sermo est. Alteram statim habiturus est, alteram aliquanto post et capite quidem trunco imposito, si ea quae in medium protulerit auditoribus displicuerint. Ribbeck vertit, p. 213 „Sage ich ungerechtes und gewinne ich die Mehrheit nicht, so will ich auf dem Hackblock sprechen;" haec autem interpretatur: „ich will auf dem Hackblock sprechen, damit ihr mich tödten könnt, falls ich u. s. w." Sic difficultatem tollit, sed mutanda sententia magis quam interpretanda. Aliter Mueller, cuius verba adscribam: „Versus „317 et 318, si commate interpungitur post δοκῶ planum ac „perspicuum sensum non praebent. Sententia esset: „Si oratio „mea, qua probaturus sum nonnulla in re etiam Lacedaemonios „iniuriam accepisse, vobis displicebit, tum capite in trunco „lanionio posito verba faciam." Aperte de duplici oratione sic

„loquitur Dic., quarum altera statu erecto haberetur, altera „in trunco lanionio. At vs. 364, 365, 486, 492, 495, docent „unam tantum orationem habere Dicaeopolidem, eumque inde „a primis verbis statu illo novo et inaudito loqui. Haec dif- „ficultas meo quidem iudicio facile tolli potest. Loci enim „laudati, quibus adde vs. 417, probant, capitis periculum Dic. „aditurum esse; sed ea lege eum orationem habiturum esse, „h. l. non dicitur. Itaque post δοκῶ reticentiam statuendam „duco et suspicor, Dic. gestu aliquo significare, quod aperte „dicere dubitat; deinde ἀσυνδέτως magna vi addit: ὑπὲρ ἐπιξ. „κτλ. Asyndetum excusatur magna animi commotione. Quae „h. l. Dic. reticet, profitetur Philocleo Vesp. 523 ἢν γὰρ ἡτ- „τηθῶ λέγων σου, περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει. Nisi forte praefers lacu- „nam unius vel plurium versuum statuere." Hactenus Mueller. Recte monstravit quonam morbo textus receptus laboret, et aliquid sane proficimus si cum eo aposiopesin post δοκῶ statuimus; fallitur tamen, me iudice, ita omnia sana esse existimans. Etiamsi ponamus aliquid reticuisse Dicaeopolidem post δοκῶ et ἀσυνδέτως loqui, vel sic tamen sermo non cohaerere videtur. Quonam enim συνδέσμῳ uti potuisset ut continua evaderet oratio, non video, neque quonam iure scripserit M.: „ea lege (i. e. capitis periculum aditurum) Dicaeopolidem orationem habiturum esse hoc loco non dicitur" cui opinioni etiamsi omnia ei concedamus, poetae verba repugnant.

Aliter res se habere mihi videtur, et quamvis tenebras prorsus dispellere mihi non contigerit, dicam quid accidisse suspicer.

Scripsit Aristophanes versum, qui nunc est 318, ante vs. 317, et ordinem invertit librarius deceptus voce λέγειν in fine versuum 316 et 318. Multos ejusmodi errores non in Graecis tantum codicibus sed in aliis quoque inveniri ita constat ut exempla afferre supervacaneum sit. Itaque legatur:

317. ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω . . . . . λέγειν
318. κἂν γε μὴ λέγω δίκαια μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ —

PRAEFATIO.

Saepissime Aristophanem versibus aliorum poetarum, epicorum, lyricorum, inprimis tragicorum usum esse neminem latet qui eius comoedias inspexerit. Qui si omnes in lucem protrahi possent, multa quae nunc caligine obducta sunt perspicua forent multasque summi comici facetias melius intellegeremus.

Plerosque iam tetigerunt locos viri docti qui commentarios in Aristophanem scripserunt; sedulo de parodia egerunt inter alios Taeuber et Ribbeck [1]). Quorum scripta multum mihi profuerunt. Cum autem non omnes ut mihi videntur locos indicaverint neque sibi proposuerint indicatos locos interpretari non acta mihi agere videbar parodias Aristophaneas denuo colligens et ubi opus esset annotationibus instruens.

---

[1]) H. Taeuber. *De usu parodiae apud Aristophanem.* Nachricht von dem Kön. Joachimsthalschen Gymnasium. Berolini. 1849.

Woldemar Ribbeck. *De usu parodiae apud comicos Atheniensium.* Pars I (continens epicorum parodias). In programmate gymnasii Col. Agripp. Berolini. 1861.

Id. *Die Parodieën bei den Attischen Komikern.* Zweiter Theil. Zeitschrift für das Gymnasialwesen XVII. Berolini. 1863.

Id. *Die dramatische Parodieën bei den Attischen Komikern.* Epimetrum commentarii in Acharnenses Aristophanis. Lipsiae. 1864.

Itaque lustravi Aristophanis comoedias et fragmenta et, cum apud grammaticos late pateant parodiae fines (vid. Taeub. l. l. p. 1 sqq. Ribb. De usu parod. Part. I. p. 1 sqq.), omnes mihi proposui componere locos quibus comicus alios respicit poetas, non tantum parodias vere sic dictas quibus gravia aliorum verba aut tragoediae argumenta in iocum detorquet, id agens ut aut reprehendat aut, quod plerumque facit, risum et hilaritatem excitet, sed eos quoque locos ubi aliena verba citat vel suis intexit ut sermonem suum rotundiorem et elegantiorem reddat. Cum autem acerrima tela in tragicos coniecerit Aristophanes, par erat de his me copiosius disputare.

Quae iam ab aliis ab omni parte explorata erant indicavi tantum, paulo fortasse obscuriora explicare conatus sum, in originem parodiarum inquisivi, praesertim ut ostenderem quid valeant comoediae Aristophanis ad deperditas tragoedias restituendas. Nonnulla praeterea annotavi quae in commentatione de parodia in Aristophane facile abesse potuerant, quae tamen me obiter monuisse, dummodo aliquid veri insit, lectores spero fore ut vitio mihi non vertant.

Quae omnia explorantes non possumus non admirari et comici felix ingenium iocosamque petulantiam quae post tot secula legentes adhuc exhilarat, et teretes aures theatri Atheniensis quod nonnumquam quidem salem Megaricum Attico praetulit, at tantopere tamen poetas amabat et triverat ut Aristophanis parodias intellegere posset iisque delectaretur. Docemur simul quid de aliis poetis Aristophanes senserit. Epicos et lyricos non saepe tetigit et ludibrio nullos habet nisi oraculorum consarcinatores et dithyrambicos ampullantes; Sophoclis verba rarissime attulit; Aeschylum admirabatur, ita tamen ut nonnumquam subridens eius magnificos et ponderosos citet versus; Euripidem prae aliis mordacibus laceravit iocis. Quod quamquam nonnumquam iure fecisse mihi videtur, minime ubique in Euripidem nobis subscribendum esse arbitror.

Magna cautione eius iudicium adhibendum esse ubi rerum testimonia non adsint, ex iis quae Pericli et Socrati crimini dedit effici potest, imo e locis non paucis apparet eum nihil sibi illicitum duxisse quo laudem detrectaret qua eius inimicus fruebatur. Cuius dramata quanti aestimaverint Athenienses si non aliunde notum esset ex acerbis Aristophanis parodiis disci posset. Quo autem animo Euripides has cavillationes tulerit non traditur; fecisse videtur quod faciebant plerique illa aetate: iram cohibere et tacere; unus tantum extat locus ubi de protervitate poetarum queritur qui „*γέλωτος οὕνεκα ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους*" et „*σοφῶν πέρι ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα*", fr. Melan. V. 495. Aristophanem tamen parodias suas non frustra scripsisse docent mutati prologi tragoediarum Archelai, Phrixi, Meleagri.

Omnes has parodias me non invenisse ultro intellegitur. Difficile est eas e partibus choricis et melicis eruere ubi neque sermonis varietas neque numeri viam monstrant. Quin etiam in senariis ubi decernendum sit quid tragoediae sit reddendum, caute progrediendum est. Scholia enim quamquam saepe quantivis sunt pretii, non raro tacent interrogata, ut v. c. in postrema parte Avium ex qua mihi videtur Aeschyli tragoedia Prometheus *πυρφόρος* pellucere, aut in errorem inducunt lectores, ut Ach. 325, Vesp. 1326, Av. 348, 1242, aut corrupta sunt et confusa, ut Ran 465 sqq. Cavendum est deinde ne verbis comici poetae alicuius versus subesse statuamus ubi nihil nisi dicendi genus imitatur, denique ne nimio parodiarum indagandarum studio locos quibus nulla insit indicemus, nubem amplectentes pro Iunone. Quos scopulos evitare nisus sum; an mihi contigerit peritiores diiudicent.

In computatione versuum poetarum scenicarum et fragmentorum Aristophanis secutus sum Dindorfii editionem Lipsiensem quintam, fragmentorum tragicorum numerum adscripsi ex editionibus Dindorfii (D.) et Nauckii (N.), lyricorum e

Bergkii editione tertia. Nonnumquam sub uno lemmate plures copulavi locos, v. c. verba Euripidis Ach. 445—479, verba Dicaeopolidis ib. 446—480, versus Pac. 76, 58, 62 et similia.

Quantum potui operam dedi ut ea quae a viris doctis de locis a me allatis scripta essent cognoscerem eorumque nomina ubi opus erat indicavi. At in tali librorum copia nihil praetermittere admodum difficile est, et si forte mihi accidit ut de nonnullis tacuerim quorum opiniones afferendae fuissent aut tamquam mea protulerim quae iam ab aliis essent occupata, lectores mihi ignoscere velint.

Superest ut gratias agam viris mihi amicissimis, Henrico van Herwerden, qui mihi in hoc opusculo conscribendo consiliis saepius adfuit, et Ludovico J. Morell, qui mecum curavit ne menda typographica lectores offenderent.

Et iam in concionem prodiens ubi tot tantique viri de literis Graecis egregie meriti verba fecerunt, meum facio illud Telephi:

μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι.

Videant illi an alicuius momenti sint quae collegi atque annotavi. Quae tamen spero fore ut lectoribus subsidio sint ad nobilissima veteris aevi monumenta melius intellegenda.

Scrib. mense Januario 1877.

ACHARNENSES.

Vs. 8. ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.

Schol. ἔστι δὲ τὸ ἡμιστίχιον ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου, ἔχον οὕτως,

κακῶς ὄλοιτ' ἄν· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.

Dobree, quem secuti sunt Nauck et Dindorf, ὀλοίατ'. Fr. 718. Quae an genuina sit lectio diiudicari nequit cum nesciamus utrum de uno an de pluribus hic sermo sit. Sententia est: „*interest Graeciae*", cf. vs. 205 et Av. 548.

Quae in initio scholii leguntur: τοῦτο παρῳδία καλεῖται ὅτ' ἂν ἐκ τραγῳδίας μετενεχθῇ emendanda videntur e lex. Suidae i. v. παρῳδούμενος: Καὶ παρῳδία. οὕτω λέγεται ὅταν ἐκ τραγῳδίας μετενεχθῇ λόγος εἰς κωμῳδίαν. Nisi praestat ὅ τι ἂν ut cit. Taeuber.

Vs. 33. στυγῶν μὲν ἄστυ, τὸν δ' ἐμὸν δῆμον ποθῶν.

Fr. adesp. 25 N. Schol. ὁ στίχος ἐκ τραγῳδίας. Tragicum esse indicat verbum στυγεῖν. Unde desumtum sit nescimus.

Vs. 47—50. ὁ γὰρ Ἀμφίθεος Δήμητρος ἦν
καὶ Τριπτολέμου· τούτου δὲ Κελεὸς γίγνεται·
γαμεῖ δὲ Κελεὸς Φαιναρέτην τήθην ἐμήν,
ἐξ ἧς Λυκῖνος ἐγένετ'· ἐκ τούτου δ' ἐγὼ
ἀθάνατός εἰμ'·

Ridet Aristophanes prologos tragoediarum Euripidis, quem Ran. 946 facit dicentem:

ἀλλ' οὐξιὼν πρώτιστα μέν μοι τὸ γένος εἶπ' ἂν εὐθὺς
τοῦ δράματος.

Conf. prologos Hecubae, Orestis, Phoenissarum, Herc. fur., Helenae, Ionis, Electrae, Baccharum, Iph. Taur, Aeoli fr. 14, Meleagri fr. 519, Phrixi fr. 816, et qui in Ach. prae aliis ridetur, Telephi, fr. 697.

Vs. 119. *ὦ θερμόβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένε.*

Fr. Eur. 852. Schol. *ἔστι ἐν τῇ Μηδείᾳ Εὐριπίδου „ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον.“* Cum autem in Medea haec verba non legantur, suspicatus est Elmsley fragmentum esse Peliadum, in quo dramate Medeae partes fuerunt. Ab Euripide scriptum esse *ἐξευρημένε* coniecit A. Mueller in ed. Ach. Hann. 1813.

Sequenti versu imitatur poeta Archilochi verba, Bgk. fr. 91,

τοιήνδε δ', ὦ πίθηκε, τὴν πυγὴν ἔχων.

Vs. 203. *ἐγὼ δὲ φεύξομαί γε τοὺς Ἀχαρνέας.*

Annotat Mueller: „Fortasse hic versus alludit ad fr. adesp. ap. Athen. XIV p. 658.

ἐγὼ δὲ φεύξομαί γ' ἐλεύθερος γεγώς.

Praeivit Nauck, coniecturam Schweighaeuseri *φεύξομαί γ'* pro *φεύξομαι* probans, fr. adesp. 71; in certarum parodiarum numerum recepit W. Ribbeck. Die Acharner, Lips. 1864, p. 208 et 320. Dubito tamen num iure fecerit. Verba enim *ἐγὼ δὲ φεύξομαι* cur Aristophanes ex alio dramate sumsisset nulla cogitari potest causa, neque facile quis credat tam sterilis ingenii fuisse poetam ut ei opus esset talia ab aliis mutuari.

Vs. 317 sqq. *κἂν γε μὴ λέγω δίκαια, μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ,*
ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν.

Saepius hos versus et totam hanc comoediae partem legens, haesi et ob alias causas et ob mentionem quae fit *τοῦ ἐπιξήνου*. Truncus, quali lanii utuntur, in scenam affertur vs. 366, Dicaeopolis caput imponit et sic Acharnenses alloquitur vs. 480 sqq. Quae omnia insulsa potius et *τῆς φορτικῆς κωμῳδίας* propria quam facete ficta mihi videbantur donec incidi in fragmentum Telephi Euripidis 706, quod nunc video iam a Taeubero et Ribbeckio collatum esse,

Ἀγάμεμνον, οὐδ' εἰ πέλεκυν ἐν χεροῖν ἔχων
μέλλοι τις εἰς τράχηλον ἐμβαλεῖν ἐμὸν,
σιγήσομαι δίκαιά γ' ἀντειπεῖν ἔχων.

Quae verba sunt, ut videtur, ipsius Telephi quem impedire volunt Graeci quominus verba faciat. Huc trunci inventum spectare verisimile est, cum saepissime in Acharnensibus drama Telephus perstringatur et inprimis cum Dicaeopolis, caput trunco imponens et orationem habens qualem habuit Telephus, eiusdem Telephi pannis indutus fuerit, vs. 430 sqq. Fieri potest ut in Euripidis tragoedia Telepho Graecos allocuturo adstiterit miles securim manu tenens, et huc pertineat fr. adesp. 340 N.

δεινὸς κολαστὴς πέλεκυς αὐχένος τομεύς,

sed utut est, nisi huic loco parodiam inesse statuimus, nihil continere videtur quod summi comici ingenio dignum sit. De Telepho infra plura dicemus; iam de hoc loco videndum est. Metrum laborat et orationis nexus. Utrumque restituere conatur Hamaker delendo vss. 316 et 318. At hoc revera est *κακον κακῷ ἰᾶσθαι*, nam vsm. 318 respiciunt Dicaeopolis, vs. 355 et chorus, vs. 364, et nisi fallor, *τῷ ἐπιξήνῳ* respondet verbum *καταξαίνειν* vs. 320.

Aliam quaesiverunt medelam qui verbum *κεφαλὴν* emendare conati sunt, quorum varias coniecturas, quatuordecim numero, legimus in editione Muelleri. Edidit Dindorf *τὸν λάρυγγ'*; aliis *κεφαλὴν* interpretamentum visum est, ut Bergkio, qui *τήνδ'*

ἔχων ὑμῖν λέγειν coniecit. Nulla vero correctio ab omni parte satisfacit. Non enim intelligitur quare pronomine ὅδε, quo saepius partes corporis minus honestas indicat, hic de capite loquens usus sit poeta, neque, si τὸν λάρυγγ' legimus, quae Elmsleyi coniectura ceteroquin optima videtur, perspicuum est qua ratione τὴν κεφαλὴν in contextum irrepere potuerit. Muellerum, qui ex Hansingii conjectura τήν γε κεφαλὴν σχὼν λέγειν edidit, rogatum volo quid hoc loco sibi velit particula γέ. Quid scripserit Aristophanes non liquet, quid voluerit minime obscurum est. In Euripidis tragoedia gloriatur Telephus se non reformidare dicere quod sentiat, se non taciturum esse ne si mortem quidem sibi intentent inimici. In comoedia haec immutantur ut risum moveant declaratque ipse Dicaeopolis se capite trunco imposito velle concionari. Verum si quaerimus quomodo haec sententia cum praecedenti cohaereat, gravior oritur difficultas. Unusquisque vs. 316 legens:

κἄν γε μὴ λέγω δίκαια μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ,

exspectat: *tum vobis licet morte me afficere.* Sed aliud quid sequitur: *tum orationem habebo* ὑπὲρ ἐπιξήνου. De duabus igitur orationibus sermo est. Alteram statim habiturus est, alteram aliquanto post et capite quidem trunco imposito, si ea quae in medium protulerit auditoribus displicuerint. Ribbeck vertit, p. 213 „Sage ich ungerechtes und gewinne ich die Mehrheit nicht, so will ich auf dem Hackblock sprechen;" haec autem interpretatur: „ich will auf dem Hackblock sprechen, damit ihr mich tödten könnt, falls ich u. s. w." Sic difficultatem tollit, sed mutanda sententia magis quam interpretanda. Aliter Mueller, cuius verba adscribam: „Versus „317 et 318, si commate interpungitur post δοκῶ planum ac „perspicuum sensum non praebent. Sententia esset: „Si oratio „mea, qua probaturus sum nonnulla in re etiam Lacedaemonios „iniuriam accepisse, vobis displicebit, tum capite in trunco „lanionio posito verba faciam." Aperte de duplici oratione sic

„loquitur Dic., quarum altera statu erecto haberetur, altera „in trunco lanionio. At vs. 364, 365, 486, 492, 495, docent „unam tantum orationem habere Dicaeopolidem, eumque inde „a primis verbis statu illo novo et inaudito loqui. Haec dif- „ficultas meo quidem iudicio facile tolli potest. Loci enim „laudati, quibus adde vs. 417, probant, capitis periculum Dic. „aditurum esse; sed ea lege eum orationem habiturum esse, „h. l. non dicitur. Itaque post δοκῶ reticentiam statuendam „duco et suspicor, Dic. gestu aliquo significare, quod aperte „dicere dubitat; deinde ἀσυνδέτως magna vi addit: ὑπὲρ ἐπιξ. „κτλ. Asyndetum excusatur magna animi commotione. Quae „h. l. Dic. reticet, profitetur Philocleo Vesp. 523 ἢν γὰρ ἡτ- „τηθῶ λέγων σου, περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει. Nisi forte praefers lacu- „nam unius vel plurium versuum statuere." Hactenus Mueller. Recte monstravit quonam morbo textus receptus laboret, et aliquid sane proficimus si cum eo aposiopesin post δοκῶ statuimus; fallitur tamen, me iudice, ita omnia sana esse existimans. Etiamsi ponamus aliquid reticuisse Dicaeopolidem post δοκῶ et ἀσυνδέτως loqui, vel sic tamen sermo non cohaerere videtur. Quonam enim συνδέσμῳ uti potuisset ut continua evaderet oratio, non video, neque quonam iure scripserit M.: „ea lege (i. e. capitis periculum aditurum) Dicaeopolidem orationem habiturum esse hoc loco non dicitur" cui opinioni etiamsi omnia ei concedamus, poetae verba repugnant.

Aliter res se habere mihi videtur, et quamvis tenebras prorsus dispellere mihi non contigerit, dicam quid accidisse suspicer.

Scripsit Aristophanes versum, qui nunc est 318, ante vs. 317, et ordinem invertit librarius deceptus voce λέγειν in fine versuum 316 et 318. Multos ejusmodi errores non in Graecis tantum codicibus sed in aliis quoque inveniri ita constat ut exempla afferre supervacaneum sit. Itaque legatur:

317. ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω . . . . . λέγειν
318. κἂν γε μὴ λέγω δίκαια μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ —

postque δοκῶ cum Muellero reticentiam statuamus necesse est, quam non miramur, quia in hisce responsionibus numerum duorum versuum excedere poetae non licuit. Profitetur igitur Dicaeopolis: *Dicere quae sentio non reformido; trunco caput imponens verba facere paratus sum et si non iusta profero (me interficite).* Hanc horum versuum fuisse sententiam docet scriptor hypotheseos: *ὁ δὲ ὑποσχόμενος ὑπὲρ ἐπιξήνου τὴν κεφαλὴν ἔχων ἀπολογήσεσθαι, ἐφ' ᾧτε, ἂν μὴ πείσῃ τὰ δίκαια λέγων, τὸν τράχηλον ἀποκοπήσεσθαι.*

Iam omnia, opinor, cohaerent. Non amplius duarum orationum mentio fit sed unius, optime congruunt allati versus cum vs. 364, 417, 486, 492—495; affertur truncus; alter Telephus caput inflectit et verba facit 496—556; altercantur inter se Acharnenses, pars ut eum occidant in scenam ruere volunt, pars ut eum defendant; hi victoriam consequuntur vs. 571; surgit Dicaeopolis et salvus est.

Ex iis quae exposui apparet non probandam esse coniecturam quam proposuit Brambach Mus. Rhen. 1866 p. 148 sq. Transponit hic varias ob causas versus 315—318 post vs. 302, ita ut post verba chori .... *καττύματα* ita distinguatur

Dic. *τοῦτο τοὔπος* — *ταραξικάρδιον.*
Chor. *εἰ σὺ* — *ἡμῖν λέγειν.*
Dic. *κἂν γε μὴ* — *ἔχων λέγειν.*
Chor. *σοῦ δ' ἐγὼ* — *μακρούς.*

Verum sic orationis nexus tollitur. Arcte enim cohaerent, ut iam vidimus *τὸ ἐπίξηνον* vs. 318 et *καταξαίνειν* vs. 320; deinde, cum truncus ille caput et quasi cardo sit totius huius actus, post Dicaeopolidis verba *ὑπὲρ ἐπιξ. κτλ.* non ferenda est ratiocinatio *σοῦ δ' ἐγὼ λόγους λέγοντος οὐκ ἀκούσομαι μακρούς, κτλ.*

An in aliis quoque versibus, praeter eos quos attuli 317 et 318, parodia quaerenda sit diiudicare difficile est. Alibi aut metrum aut verba tragica viam monstrant, hic suis verbis

suisque numeris poeta usus est. E sequentibus afferri possunt carmina chorica 359 sqq. (vs. 362 quoque colorem habet tragicum), 388 sqq., quorum metrum dochmiacum utrum parodiae an paratragoediae indicium sit, non liquet.

Vs. 325 sqq. Dic. *δήξομἄρ' ὑμᾶς ἐγώ·*
ἀνταποκτενῶ γὰρ ὑμῶν τῶν φίλων τοὺς φιλτάτους. κτέ.

Aggrediuntur Acharneuses Dicaeopolidem vs. 325, at ille in summum adductus periculum, qui inimicis carissimus est, *τὸν λάρκον* arripit obsidemque occidere minatur nisi incepto desistant. Scholiasta haec scribit: *τὰ δὲ μεγάλα πάθη ὑποπαίζει τῆς τραγῳδίας, ἐπεὶ καὶ ὁ Τήλεφος κατὰ τὸν τραγῳδοποιὸν Αἰσχύλον, ἵνα τύχῃ παρὰ τοῖς Ἕλλησι σωτηρίας, τὸν Ὀρέστην εἶχε συλλαβών. παραπλήσιον δέ τι καὶ ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις ἐποίησεν. ὁ γὰρ Εὐριπίδου κηδεστής κτέ.*

In scholiis Aeschyli mentio fit. Videndum tamen an recte. Mirum enim esse observavit Vater (die Aleaden des Sophokles. p. 19) Aristophanem, qui in Acharnensibus hoc agit ut Euripidis Telephum carpat, subito ad Aeschylum deflectere, post aliquot versus ad illum rediturum, idemque coniecit Scholiastam ut saepissime, nomina permutasse et Aeschylum scripsisse pro Euripide.

Dissentiunt viri docti. Litem non dirimit Nauck p. 456; cum Vatero faciunt Dindorf et Mueller, eidem refragratur Ribbeck sic scribens p. 213: „Das Mittel, wodurch sich D. von den Acharnern befreit, ist dem Aeschylos nachgebildet.... Die Vermuthung von Vater der Scholiast habe eigentlich *Εὐριπίδην* statt *Αἰσχύλον* schreiben wollen, hat wenig wahrscheinliches, da nachher so vieles als aus dem Tel. des Euripides parodirt angegeben wird. Die Verwechslung in diesem einen Falle wäre nicht recht erklärlich. Ich sehe an der Sache nichts, was des Aeschylos unwürdig wäre. Euripides konnte recht gut den Zug von ihm entlehnt haben." Hisce vero mihi

non persuasit de imitatione Aeschyli cogitandum esse. Quam sententiam ut probem res altius repetenda est.

De Aeschylei Telephi argumento nihil nobis traditum est. Unicum exstat fragmentum in Hesychio, fr. 236 N., 237 D., locus enim Platonis fr. 235 N. 236 D. de tragoedia Telepho nihil docet, quum verba afferantur ipsius Telephi, qui etiam in Mysis partes egit.

De Euripidis Telepho satis certa adsunt testimonia. Hygini legamus fab. 101. Cf. Epimetrum I: „*Telephus Herculis et Auges filius ab Achille in pugna Chironis hasta percussus dicitur. Ex quo vulnere cum in dies tetro cruciatu angeretur petit sortem ab Apolline quod esset remedium. Responsum est ei neminem mederi posse, nisi eandem hastam qua vulneratus erat* (suspicatur Schmidt: nisi vulneris auctorem). *Hoc Telephus ubi audivit ad regem Agamemnonem venit et monitu Clytemnestrae Orestem infantem de cunabulis rapuit, minitans se eum occisurum nisi sibi Achivi mederentur. Achivis autem quod responsum erat, sine Telephi ductu Troiam capi non posse, facile cum eo in gratiam redierunt et ab Achille petierunt ut eum sanaret. Quibus Achilles respondit se artem medicam non nosse. Tum Ulysses ait: non te dicit Apollo sed auctorem vulneris hastam nominat. Quam cum rasissent remediatus est. A quo cum peterent ut secum ad Troiam expugnandum iret, non impetrarunt, quod is Laodicen Priami filiam, uxorem haberet, sed ob beneficium quod eum sanarunt eos deduxit, locos autem et itinera demonstravit, inde in Mysiam est profectus.*"

Haec Hyginus, cuius verba si perpendimus, non temere conicimus non narratiunculam tantum sed fabulae argumentum ea continere. Saepius enim auctor tragoedias respicit, quod hoc quoque loco factum esse indicium fortasse est colloquium Achillis et Ulyssis. Tragoediam Euripideam simile habuisse argumentum apparet e fragmentis, quae omnia cum Hygini fabula consentiunt, imprimis e fr. 625. Verba enim Hygini

„*hastam .... quam cum rasissent remediatus est*" satis obscura sunt; lux demum affulget e verbis Euripidis in fr. all.

πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασιν.

Iam redeamus ad Aristophanem. In Thesmophoriazusis socer Euripidis idem committit facinus ac Telephus Hygini. Circumventus ab iratis mulieribus infantem (utrem vini) rapit, minitans se eum occisurum vs. 689 sqq. Verbis tragicis utitur Mnesilochus; parodia est manifesta; quis vero est qui ibi Aeschyli tragoediam respici suspicetur, quod tamen fiat necesse est si stabit auctoritas scholiastae Ach. 332.

At ponamus cum Ribbeckio et in Aeschyli et in Euripidis dramate Telephum Orestem rapuisse, quod tamen nullo alio fundamento praeter hoc ipsum scholium nititur. Nonne permirum est scholiastam, quem hoc non lateret, Aeschylum nominasse, Eurpidem silentio praeteriisse? Imo omni veri specie caret, Dicaeopolidem vss. 325—346 Aeschyleum Telephum expressisse, cum et in iis quae praecedunt 317 et in iis quae sequuntur 359—555 non Aeschylei sed Euripidei Telephi partes agat.

Quaerendum est quid errori ansam dare potuerit. Scriptum fuit, ni fallor, in scholio: *τὸν τραγῳδοποιόν* sine poetae nomine. Scholiastae in mente fuit Euripides, qui alibi quoque *ὁ τραγικός* appellatur, v. c. Schol. Il. IV 249 (fr. Eur. 345) Philo. t. II. p. 537, 887, ed. Mangey t. II. p. 53, 469; postea alius quis, qui drama Euripideum non noverat, nomen addidit Aeschyli.

Ceterum, collatis Mnesilochi verbis Thesm. 998 sqq., apparet Aristophanem in Acharnensibus res imitatum esse non verba. *Τὰ μεγάλα πάθη τῆς τραγῳδίας ὑποπαίζει*, ut ait Schol., non dictionem tragicam. Euripidis fortasse est *κατάθου τὸ βέλος*. Vocabulum *βέλος* bis praeterquam hoc loco in Aristophane legitur: Vesp. 615 ubi Homerum; Av. 1714 ubi Aeschylum, ut videtur, imitatur.

Vs. 396 sqq. K. οὐκ ἔνδον ἔνδον ἐστὶν, εἰ γνώμην ἔχεις.
Δ. πῶς ἔνδον, εἶτ' οὐκ ἔνδον; K. ὀρθῶς, ὦ γέρον.
ὁ νοῦς μὲν ἔξω ξυλλέγων ἐπύλλια
οὐκ ἔνδον, αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ
τραγῳδίαν.

Vs. 396 Cob. οὐκ ἔνδον ὢν ἔστ ἔνδον; Mein. ἔνδον τε κοὐκ ἔστ' ἔνδον vel οὐκ ἔνδον ἔνδον τ' ἐστίν.

Duplex hisce inest parodia. De altera vide ad proximum versum. Schol. σκώπτει πάλιν τὸν Εὐριπίδην διὰ τὸ ἐν τοῖς λόγοις εἶναι συλλογιστικὸν, καὶ οὗ ἂν λέγῃ τὸ ἐναντίον πάλιν κατασκευάζοντα. Confert Scholastia notissimum eumdemque vexatissimum Hyppolyti versum 612: ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος, neque infitior tragicum saepius ita distinxisse mentem ab ipso homine, v. c. Phoen. 360, 1418, Ion. 251, hoc loco tamen huc non respicit Ar. Exhibet enim exemplum λεπτολογίας quae et alibi et in Euripidis dramatis reperitur ut Hipp. 1034, Hec. 566, Phoen. 357, Ion. 1444 (Phoen. et Ion post Acharnenses in scenam prodierunt). Minime autem improbandum est tale loquendi genus, ne in re gravi quidem, cuius testis sit Paulus, qui 2 Cor. VI, 9 ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγιγνωσκόμενοι, ὡς ἀποθνήσκοντες καὶ ἰδοὺ ζῶμεν.... ὡς λυπούμενοι ἀεὶ δὲ χαίροντες, ... ὡς μηδὲν ἔχοντες καὶ πάντα κατέχοντες. Reprehensione vero dignus est scriptor qui sine idonea causa, tantum ut verbis ludat, rei gravitati incongrua proferat, ut v. c. Euripides in Alcest. vs. 521 sqq., ubi Admetus, oppressus scilicet et confectus dolore, subtiliter disserit de uxore mox moritura et Herculi exponit quomodo ἔστιν τε κοὐκέτ' ἔστιν. Sunt haec παραπρίσματ' ἐπῶν quae Ran. 1443 carpsit comicus, qualia Agatho quoque adamavit, cuius πάρεργον ἔργον notum est.

Cum Aristophanis loco conferendus est locus Platonis comici quem servavit Schol. Thesm. 808, cui similis inest lusus:

A. ἀτὰρ οὐ λαχὼν ὅμως ἔλαχες, ἢν νοῦν ἔχῃς.
B. πῶς ἢν ἔχω νοῦν; -A. ὅτι πονηρῷ καὶ ξένῳ
ἐπέλαχες ἀνδρί·

Vs. 400. ὦ τρισμακάρι' Εὐριπίδη,
ὅθ' ὁ δοῦλος οὑτωσὶ σοφῶς ὑποκρίνεται.

Schol. διαβάλλει τὸν Εὐριπίδην ὅτι δεινοὺς εἰσάγει τοὺς δούλους ἐν τῇ τραγῳδίᾳ. Hunc vel eiusmodi locum respexisse videtur Origenes c. Cels. VII p. 720 ed. de la Rue, cuius verba confert Kuster: Εὐριπίδης δὲ ὑπὸ Ἀριστοφάνους κωμῳδεῖται ὡς ἀκαιρορρήμων διὰ τὸ πολλάκις περιτεθεικέναι λόγους δογμάτων, ὧν ἀπὸ Ἀναξαγόρου ἤ τινος ἔμαθε τῶν σοφῶν, βαρβάροις γυναιξὶν ἢ οἰκέταις.

Saepius Aristophanes verba tragicorum ad iocum detorquet non ut reprehendat, sed ut gravia vulgaribus componens animos auditorum oblectetur. Hic tamen ridet ut reprehendat. Improbat enim Euripidem interdum servos inducere σοφῶς i. e. philosophice loquentes. (cf. Ran. 949) Videamus an iure. Quod Euripides id fecit ex parte tribuendum est opinioni quam de servis habuit, quaeque ei honori fuit quanquam non sic videretur Aristophani. Non enim verebatur agnoscere servos nomine tantum ab ingenuis differre, v. c. Ion. 855 sqq., Hel. 728 sqq., fr. 514, 515, 828. Sed alia accessit causa. Existimavit Euripides grande dicendi genus decere tragoediam, neque variarum personarum, quas in scena agi voluit, sicut oportebat rationem habuit.

Inspice Medeae vs. 49 sqq. et audies servum ancillam salutantem:

παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,

aut Alcest. vs. 757; habes servum querentem quod Hercules, cum dolore affectus sit dominus, in eius domo potet atque epuletur:

τίνει μελαίνης μητρὸς ἐξάπτων μέσα
ἕως ἔπεμψ' αὐτὸν ἀμφίβληστρα [illegible]
[illegible].

Phrygis monodia in Oreste notissima est et passim in tragoediis ita verba faciunt servi ut nullum inter eorum et regum sermones intersit, ita ut omnium horum sermonum unus idemque sit color. Quod sine dubio nocuit veritati dramaticae et a summorum posterioris aevi poetarum v. c. Shaksperii dramatis alienum est. Altius quoque petiverunt Aeschylus in Agamemnone vs. 1 sqq. et Sophocles in Antigone vs. 223 sqq. ubi satellites Clytaemnestrae et Creontis suis verbis narrant quae viderint, quamvis, ne iniusti simus erga Euripidem, non praetermittendus est nuntius in Persarum vs. 353 sqq. Nobilissima enim et pulcherrima narratio pugnae Salaminiae non Persae est neque nuntii sed civis Atheniensis patriae amantissimi, ipsius Aeschyli.

Vs. 410. *τί λέλακας;*

Λακεῖν non est comicorum. Amat id verbum Euripides Hipp. 55, Or. 162, Hec. 678, 1110, El. 1213 et passim. Utitur eo Aristophanes in parodia aut paratragoedia Pac. 380, 381, 383, Ran. 97 et Plut. 39.

In colloquio Dicaeopolidis et Euripidis hic plerumque sermone non metro tragico utitur. v. c. *τὰ ποῖα τρύχη* vs. 418, *δύσποτμος γεραιός* vs. 419, *λακίδας πέπλων* vs. 423, *δυσπινῆ πεπλώματα* vs. 426. De aliis postea videbimus.

Vs. 412. *τὰ ῥάκι' ἐκ τραγῳδίας.*

Acerbe perstringit Euripidem quod reges hic in scenam induxerat mendicos ac claudos (cf. Ran. 842, 1063), et laceris vestibus indutos.

Si Aristophani credimus, vid. Ran. 1063, ita egit Euripides *ἵν' ἐλεινοὶ τοῖς ἀνθρώποις φαίνοιντ' εἶναι,* et hoc si verum est,

quod tamen iure in dubium vocari potest, a verae artis legibus aberravit; sed, quod dolendum, horum dramatum, Oenei, Phoenicis, Philoctetae, Bellerophontis, Cressarum, Inus, nullum servatum est, ita ut e certis documentis iudicandi opportunitatem non habeamus. De uno Telepho satis constat, qui in castra Graecorum venit, „mendicus, squalida saeptus stola".

Nostra vero aetas talia tragico minime vitio vertit, offendebant vero multos ex Atheniensibus, qui hosce veteris aevi reges tamquam heroes venerabantur vel metuebant potius ne quid dignitati tragicae detraheretur si illi mortalium modum non excederent. Quid vero non vituperassent, quid non Aristophanes si, ut unum afferam exemplum, Shaksperii regem Lear in scena adspexisset! Eandem quam Ar. rem tetigit comicus Timocles in Dionysiazusis, Mein. III. p. 593.

τοὺς μὲν τραγῳδοὺς πρῶτον, εἰ βούλει, σκόπει
ὡς ὠφελοῦσι πάντας· ὁ μὲν γὰρ ὢν πένης
πτωχότερον αὐτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον
γενόμενον ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει κτέ.

Vs. 430. οἶδ' ἄνδρα Μυσὸν Τήλεφον.

Fr. 703. Teste Olympiodoro e Telepho Euripidis. Fallitur tamen Olympiodorus ubi de verbis Platonis Gorg. p. 251 εἰ σοὶ Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν scribit: ἡ παροιμία αὕτη ἐκ τοῦ Τηλέφου ἐστὶν Εὐριπίδου.

Vs. 435. ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῇ.

Verba tragica. Ipsa alicuius tragici verba esse statuit Meineke, Vind. Ar. p. 8, ad testimonium vocans scriptorem vitae Arati, qui in fine haec memorat: ὅτι καὶ οἱ ποιηταὶ πανόπτην, καλοῦσι πανταχοῦ· ὦ Ζεῦ παντόπτα· καὶ ἥλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς, quae Meineke sic restituit: ὅτι καὶ οἱ ποιηταὶ πανόπτην καλοῦσι. ὦ Ζεῦ πανόπτα καὶ κατόπτα πανταχοῦ.

Vs. 440. δεῖ γάρ με δόξαι πτωχὸν εἶναι τήμερον,
εἶναι μὲν ὅσπερ εἰμί, φαίνεσθαι δὲ μή.

Fr. Eur. 699. Schol. οἱ δύο στίχοι οὗτοι ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου. Pertinent ad initium tragoediae. Τήμερον non ab Euripide scriptum fuit.

Vs. 442 sqq. faciunt commentarium comicum vs. 441: spectatoribus erit is qui est, Dicaeopolis, sed chorus eum habebit pro Telepho, i. e. pro homine miserrimo eodem et vaferrimo, cuius artificiosa simul et miserationem excitatura oratione inimicos permotum iri Dic. sperat.

J. van Leeuwen, *de Aristophane Eurip. censore*, p. 104, putat vs. 443 rideri chorum Euripideum a reliqua tragoedia paene alienum, quod verum est si addimus rideri choreutas Euripidei Telephi, qui uni nesciebant vel se nescire simulabant quis esset mendicus ille Graecus, quod toti theatro notum erat ipsisque ignotum esse non poterat quia ipse Telephus coram omnibus dixerat se vestes mutaturum esse.

Vs. 445 sqq. πυκνῇ γὰρ λεπτὰ μηχανᾷ φρενί.

Haec non e vitae communis consuetudine dicta sunt; πυκνῇ φρενί. Eur. Iph. Aul. 67. Euripides (cf. ad 410) suo utitur sermone. Eiusdem generis sunt:

449. ἄπελθε λαΐνων σταθμῶν.

et quod sequitur responsum Dicaeopolidis:

450. ὦ θύμ' ὁρᾷς γὰρ ὡς ἀπωθοῦμαι δόμων.

Cf. Nauck. fr. adesp. 27.

454. τί δ', ὦ τάλας, σὲ τοῦδ' ἔχει πλέκου χρέος;

de quo Schol. καὶ τοῦτο παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου „τί δ', ὦ τάλας, σὺ τῷδε πείθεσθαι μέλλεις;" (N. με λῇς temptavit, fr. 714), unde tamen non apparet hunc Telephi versum poetae revera ante oculos obversatum esse. Poll. X, 92: πλέκος εἴρηκε παρατραγῳδῶν. Locutio ἔχει σε χρέος tragica est.

456. *λυπηρὸς ἴσθ' ὢν κἀποχώρησον δόμων.*

460. *ἴσθ' ὀχληρὸς ὢν δόμοις.*

479. *κλῇε πηκτὰ δωμάτων.* Pollux X, 27 *λῦε πηκτὰ δωμάτων* Euripidi tribuit. Cf. N. fr. Eur. 991.

Hisce omnibus utrum *παρῳδῇ* an *παρατραγῳδῇ* Aristophanes non liquet. Nauck, fr. ad. 27, vss. 449 et 450 Euripideos esse suspicatur.

Vs. 446 sqq. In hoc colloquio non Euripidem tantum sed etiam Dicaeopolidem nonnumquam verbis tragicis uti, simulac *τὰ ῥάκι' ἐκ τραγῳδίας* acceperit, iam vidimus vs. 435, 440, 450. Addendi sunt vss. 446, 455, 471, 478, 480 sqq.

446. *εὐδαιμονοίης· Τηλέφῳ δ' ἁγὼ φρονῶ.*

Fr. 702. Cf. verba Arcesilai a Nauckio citata. Quaenam versus allati in tragoedia sententia fuerit non satis certum est. Videntur non ab uno alterove Graecorum profecta esse, qui cur tam tectis verbis uteretur non erat causa, sed ab ipso Telepho, qui cum suspicio orta esset, cavere vellet ne agnosceretur et ipse de Telepho loquens ancipiti uteretur sermone quo mala ei imprecari videretur.

Quid autem voluit Aristophanes? Mueller: „hoc loco (verba Ar.) aperte intellectu carent .... eaque addit ut versu Euripideo utatur, non ut aliquam sententiam, huic loco aptam, exprimat. Firmantur ea quae protuli versu sequenti." Quae interpretatio tum demum ferenda erit, cum aliae omnes frustra tentatae fuerint. Ut Aristophanis verba „intellectu carere" probet Mueller haec addit: „Si accipiuntur pro „Telephus ipse pereat," inepta est sententia, quum Dic. ipse Telephum agat. Si explicantur: „Tua fabula, quae Telephus inscribitur, pereat", vel „ejus me taedet", stultissime haec dicta sunt: offendere enim Euripidem tum demum incipit Dic., postquam omnia accepit, quae poposcit." Quae vera essent, si alta voce Dic. haec dixisset Euripidi, non vero si remissa voce specta-

toribus, quod hoc loco eum fecisse perspicuum est. Simile quid de vs. 461 observandum est. Verbis „abi, molestus es" respondet Dic. „Nondum scis quam molestus ipse sis", sed haec non ita prolata esse ut Euripides, quem sibi conciliare studet, responsum audiret, manifestum est.

Haec igitur, tragoediae involucris sublatis, evadit sententia: (Euripidi) *Gratias tibi magnas ago.* (Theatro) *Tragoedia vero Telephus pereat.*

Vs. 455 Ad verba *βούλομαι δ' ὅμως λαβεῖν* Schol. *μιμεῖται τὸν Εὐριπίδου χαρακτῆρα τῷ λόγῳ,* et Mueller: „Denuo perstringit Euripidem propter sententias eleganter sibi oppositas sed intellectu carentes". Cuius rei exempla non addidit, et num verum viderit scholiasta vehementer dubito. Minime nego similem verborum syntaxin in Euripidis tragoediis reperiri, velut Hipp. 316:

ΤΡ. *ἁγνὰς μὲν, ὦ παῖ, χεῖρας αἵματος φέρεις;*
ΦΑ. *χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι.*

at quis est qui talia digna iudicet quae improbentur? Neque apud unum Euripidem eiusmodi sententiae occurrunt, verum apud plerosque poetas. Alludit Ar. Ran. 1425 ad Ionis versum: *σιγᾷ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεταί γε μήν,* et scribit ipse comicus Av. 124:

ΕΠ. *ἔπειτα μείζω τῶν Κραναῶν ζητεῖς πόλιν;*
ΕΥ. *μείζω μὲν οὐδὲν προσφορωτέραν δὲ νῷν.*

Cf. Nub. 487, quibus locis parodia non inest. Fallitur igitur scholiasta, aut eius annotatio ad praecedentem versum pertinet de quo ad 445 dixi.

Vs. 471. *καὶ γάρ εἰμ' ἄγαν*
ὀχληρὸς, οὐ δοκῶν με κοιράνους στυγεῖν.

Fr. 572. Schol. *Τοῦτο πεπαρῴδηται ἀσήμως ἐξ Οἰνέως Εὐριπίδου. ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ ἐκ Τηλέφου φησὶν αὐτό.* Ex qua an-

notatione nihil certi effici potest. In promtu erat Telephum indicare cui dramati saepissime in Ach. alludit Aristophanes.

Vs. 478. μητρόθεν δεδεγμένος.

Locutio cothurno quam socco aptior. Conferunt interpretes Aesch. Choëph. 750: ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη.

Vs. 480 sqq. Refertos esse versus 480—489 verbis tragicis nemo non videt. Cf. ridiculum πρόβαινε νῦν ὦ θυμέ 483, et καρδία ἄπελθε—τὴν κεφαλὴν παράσχες εἰποῦσ' vs. 485. Cf. Eq. 1194. In chori carmine 490—495 poeta tragicos dochmios imitatur. Cf. Muellerum a. h. l.

Vs. 496—556. Continent hi versus ῥῆσιν μακράν, quam Dicaeopolis, iam ῥηματίων ἐμπλήμενος, Acharnensibus recitavit. Videndum est primum quid nos doceant scholiastae.

Ad 496: Ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου

μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι,
εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.

fr. 701. Priore versu usus est etiam Alexis apud Athen. XV. 44:

μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι,
ἠλειφόμην ὑόμενος ἰρίνῳ μύρῳ.

Ad 540 ἐρεῖ τις, οὐ χρῆν: Καὶ τοῦτο ἀπὸ Τηλέφου Εὐριπίδου. fr. 707. Quod non quatuor haec verba tantum sed totum versum spectare videtur, ut saepius fit, cf. Schol. 446, 454, 555 et passim.

Ad 541 ἐκπλεύσας σκάφει nihil habet Schol. Attamen e tragoedia desumtum est; σκάφος in Ar. non nisi in parodia, Lys. 139, Thesm. 877, Ran. 1382, aut in metaphora poetica, Vesp. 29.

Ad 543 ἢ πολλοῦ γε δεῖ : ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὅλως. καὶ τοῦτο ἐκ Τηλέφου, quorum pars prior, ἀντὶ—ὅλως, ad lemma ἢ—δεῖ est referenda, altera, καὶ—Τηλέφου, ad totum versum.

non persuasit de imitatione Aeschyli cogitandum esse. Quam sententiam ut probem res altius repetenda est.

De Aeschylei Telephi argumento nihil nobis traditum est. Unicum exstat fragmentum in Hesychio, fr. 236 N., 237 D., locus enim Platonis fr. 235 N. 236 D. de tragoedia Telepho nihil docet, quum verba afferantur ipsius Telephi, qui etiam in Mysis partes egit.

De Euripidis Telepho satis certa adsunt testimonia. Hygini legamus fab. 101. Cf. Epimetrum I: „*Telephus Herculis et Auges filius ab Achille in pugna Chironis hasta percussus dicitur. Ex quo vulnere cum in dies tetro cruciatu angeretur petit sortem ab Apolline quod esset remedium. Responsum est ei neminem mederi posse, nisi eandem hastam qua vulneratus erat* (suspicatur Schmidt: nisi vulneris auctorem). *Hoc Telephus ubi audivit ad regem Agamemnonem venit et monitu Clytemnestrae Orestem infantem de cunabulis rapuit, minitans se eum occisurum nisi sibi Achivi mederentur. Achivis autem quod responsum erat, sine Telephi ductu Troiam capi non posse, facile cum eo in gratiam redierunt et ab Achille petierunt ut eum sanaret. Quibus Achilles respondit se artem medicam non nosse. Tum Ulysses ait: non te dicit Apollo sed auctorem vulneris hastam nominat. Quam cum rasissent remediatus est. A quo cum peterent ut secum ad Troiam expugnandum iret, non impetrarunt, quod is Laodicen Priami filiam, uxorem haberet, sed ob beneficium quod eum sanarunt eos deduxit, locos autem et itinera demonstravit, inde in Mysiam est profectus.*"

Haec Hyginus, cuius verba si perpendimus, non temere conicimus non narratiunculam tantum sed fabulae argumentum ea continere. Saepius enim auctor tragoedias respicit, quod hoc quoque loco factum esse indicium fortasse est colloquium Achillis et Ulyssis. Tragoediam Euripideam simile habuisse argumentum apparet e fragmentis, quae omnia cum Hygini fabula consentiunt, imprimis e fr. 625. Verba enim Hygini

„hastam .... quam cum rasissent remediatus est" satis obscura sunt; lux demum affulget e verbis Euripidis in fr. all.

πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασιν.

Iam redeamus ad Aristophanem. In Thesmophoriazusis socer Euripidis idem committit facinus ac Telephus Hygini. Circumventus ab iratis mulieribus infantem (utrem vini) rapit, minitans se eum occisurum vs. 689 sqq. Verbis tragicis utitur Mnesilochus; parodia est manifesta; quis vero est qui ibi Aeschyli tragoediam respici suspicetur, quod tamen fiat necesse est si stabit auctoritas scholiastae Ach. 332.

At ponamus cum Ribbeckio et in Aeschyli et in Euripidis dramate Telephum Orestem rapuisse, quod tamen nullo alio fundamento praeter hoc ipsum scholium nititur. Nonne permirum est scholiastam, quem hoc non lateret, Aeschylum nominasse, Eurpidem silentio praeteriisse? Imo omni veri specie caret, Dicaeopolidem vss. 325—346 Aeschyleum Telephum expressisse, cum et in iis quae praecedunt 317 et in iis quae sequuntur 359—555 non Aeschylei sed Euripidei Telephi partes agat.

Quaerendum est quid errori ansam dare potuerit. Scriptum fuit, ni fallor, in scholio: τὸν τραγῳδοποιόν sine poetae nomine. Scholiastae in mente fuit Euripides, qui alibi quoque ὁ τραγικός appellatur, v. c. Schol. Il. IV 249 (fr. Eur. 345) Philo. t. II. p. 537, 887, ed. Mangey t. II. p. 53, 469; postea alius quis, qui drama Euripideum non noverat, nomen addidit Aeschyli.

Ceterum, collatis Mnesilochi verbis Thesm. 998 sqq., apparet Aristophanem in Acharnensibus res imitatum esse non verba. Τὰ μεγάλα πάθη τῆς τραγῳδίας ὑποπαίζει, ut ait Schol., non dictionem tragicam. Euripidis fortasse est κατάθου τὸ βέλος. Vocabulum βέλος bis praeterquam hoc loco in Aristophane legitur: Vesp. 615 ubi Homerum; Av. 1714 ubi Aeschylum, ut videtur, imitatur.

Vs. 396 sqq. K. οὐκ ἔνδον ἔνδον ἐστὶν, εἰ γνώμην ἔχεις.
Δ. πῶς ἔνδον, εἶτ' οὐκ ἔνδον; K. ὀρθῶς, ὦ γέρον.
ὁ νοῦς μὲν ἔξω ξυλλέγων ἐπύλλια
οὐκ ἔνδον, αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ
τραγῳδίαν.

Vs. 396 Cob. οὐκ ἔνδον ὢν ἔστ' ἔνδον; Mein. ἔνδον τε κοὐκ ἔστ' ἔνδον vel οὐκ ἔνδον ἔνδον τ' ἐστίν.

Duplex hisce inest parodia. De altera vide ad proximum versum. Schol. σκώπτει πάλιν τὸν Εὐριπίδην διὰ τὸ ἐν τοῖς λόγοις εἶναι συλλογιστικὸν, καὶ οὗ ἂν λέγῃ τὸ ἐναντίον πάλιν κατασκευάζοντα. Confert Scholastia notissimum eumdemque vexatissimum Hyppolyti versum 612: ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος, neque infitior tragicum saepius ita distinxisse mentem ab ipso homine, v. c. Phoen. 360, 1418, Ion. 251, hoc loco tamen huc non respicit Ar. Exhibet enim exemplum λεπτολογίας quae et alibi et in Euripidis dramatis reperitur ut Hipp. 1034, Hec. 566, Phoen. 357, Ion. 1444 (Phoen. et Ion post Acharnenses in scenam prodierunt). Minime autem improbandum est tale loquendi genus, ne in re gravi quidem, cuius testis sit Paulus, qui 2 Cor. VI, 9 ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγιγνωσκόμενοι, ὡς ἀποθνήσκοντες καὶ ἰδοὺ ζῶμεν.... ὡς λυπούμενοι ἀεὶ δὲ χαίροντες, ... ὡς μηδὲν ἔχοντες καὶ πάντα κατέχοντες. Reprehensione vero dignus est scriptor qui sine idonea causa, tantum ut verbis ludat, rei gravitati incongrua proferat, ut v. c. Euripides in Alcest. vs. 521 sqq., ubi Admetus, oppressus scilicet et confectus dolore, subtiliter disserit de uxore mox moritura et Herculi exponit quomodo ἔστιν τε κοὐκέτ' ἔστιν. Sunt haec παραπρίσματ' ἐπῶν quae Ran. 1443 carpsit comicus, qualia Agatho quoque adamavit, cuius πάρεργον ἔργον notum est.

Cum Aristophanis loco conferendus est locus Platonis comici quem servavit Schol. Thesm. 808, cui similis inest lusus:

A. ἀτὰρ οὐ λαχὼν ὅμως ἔλαχες, ἢν νοῦν ἔχῃς.
B. πῶς ἢν ἔχω νοῦν; -A. ὅτι πονηρῷ καὶ ξένῳ
ἐπέλαχες ἀνδρί·

Vs. 400. ὦ τρισμακάρι' Εὐριπίδη,
ὅθ' ὁ δοῦλος οὑτωσὶ σοφῶς ὑποκρίνεται.

Schol. διαβάλλει τὸν Εὐριπίδην ὅτι δεινοὺς εἰσάγει τοὺς δούλους ἐν τῇ τραγῳδίᾳ. Hunc vel eiusmodi locum respexisse videtur Origenes c. Cels. VII p. 720 ed. de la Rue, cuius verba confert Kuster: Εὐριπίδης δὲ ὑπὸ Ἀριστοφάνους κωμῳδεῖται ὡς ἀκαιρορρήμων διὰ τὸ πολλάκις περιτεθεικέναι λόγους δογμάτων, ὧν ἀπὸ Ἀναξαγόρου ἢ τινος ἔμαθε τῶν σοφῶν, βαρβάροις γυναιξὶν ἢ οἰκέταις.

Saepius Aristophanes verba tragicorum ad iocum detorquet non ut reprehendat, sed ut gravia vulgaribus componens animos auditorum oblectetur. Hic tamen ridet ut reprehendat. Improbat enim Euripidem interdum servos inducere σοφῶς i. e. philosophice loquentes. (cf. Ran. 949) Videamus an iure. Quod Euripides id fecit ex parte tribuendum est opinioni quam de servis habuit, quaeque ei honori fuit quanquam non sic videretur Aristophani. Non enim verebatur agnoscere servos nomine tantum ab ingenuis differre, v. c. Ion. 855 sqq., Hel. 728 sqq., fr. 514, 515, 828. Sed alia accessit causa. Existimavit Euripides grande dicendi genus decere tragoediam, neque variarum personarum, quas in scena agi voluit, sicut oportebat rationem habuit.

Inspice Medeae vs. 49 sqq. et audies servum ancillam salutantem:

παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,

aut Alcest. vs. 757; habes servum querentem quod Hercules, cum dolore affectus sit dominus, in eius domo potet atque epuletur:

πίνει μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ,
ἕως ἐθέρμην' αὐτὸν ἀμφιβᾶσα φλὸξ
οἴνου.

Phrygis monodia in Oreste notissima est et passim in tragoediis ita verba faciunt servi ut nullum inter eorum et regum sermones intersit, ita ut omnium horum sermonum unus idemque sit color. Quod sine dubio nocuit veritati dramaticae et a summorum posterioris aevi poetarum v. c. Shaksperii dramatis alienum est. Altius quoque petiverunt Aeschylus in Agamemnone vs. 1 sqq. et Sophocles in Antigone vs. 223 sqq. ubi satellites Clytaemnestrae et Creontis suis verbis narrant quae viderint, quamvis, ne iniusti simus erga Euripidem, non praetermittendus est nuntius in Persarum vs. 353 sqq. Nobilissima enim et pulcherrima narratio pugnae Salaminiae non Persae est neque nuntii sed civis Atheniensis patriae amantissimi, ipsius Aeschyli.

Vs. 410. τί λέλακας;

Λακεῖν non est comicorum. Amat id verbum Euripides Hipp. 55, Or. 162, Hec. 678, 1110, El. 1213 et passim. Utitur eo Aristophanes in parodia aut paratragoedia Pac. 380, 381, 383, Ran. 97 et Plut. 39.

In colloquio Dicaeopolidis et Euripidis hic plerumque sermone non metro tragico utitur. v. c. τὰ ποῖα τρύχη vs. 418, δύσποτμος γερπιός vs. 419, λακίδας πέπλων vs. 423, δυσπινῆ πεπλώματα vs. 426. De aliis postea videbimus.

Vs. 412. τὰ ῥάκι' ἐκ τραγῳδίας.

Acerbe perstringit Euripidem quod reges hic in scenam induxerat mendicos ac claudos (cf. Ran. 842, 1063), et laceris vestibus indutos.

Si Aristophani credimus, vid. Ran. 1063, ita egit Euripides ἵν' ἐλεινοὶ τοῖς ἀνθρώποις φαίνοιντ' εἶναι, et hoc si verum est,

quod tamen iure in dubium vocari potest, a verae artis legibus aberravit; sed, quod dolendum, horum dramatum, Oenei, Phoenicis, Philoctetae, Bellerophontis, Cressarum, Inus, nullum servatum est, ita ut e certis documentis iudicandi opportunitatem non habeamus. De uno Telepho satis constat, qui in castra Graecorum venit, „mendicus, squalida saeptus stola".

Nostra vero aetas talia tragico minime vitio vertit, offendebant vero multos ex Atheniensibus, qui hosce veteris aevi reges tamquam heroes venerabantur vel metuebant potius ne quid dignitati tragicae detraheretur si illi mortalium modum non excederent. Quid vero non vituperassent, quid non Aristophanes si, ut unum afferam exemplum, Shaksperii regem Lear in scena adspexisset! Eandem quam Ar. rem tetigit comicus Timocles in Dionysiazusis, Mein. III. p. 593.

τοὺς μὲν τραγῳδοὺς πρῶτον, εἰ βούλει, σκόπει
ὡς ὠφελοῦσι πάντας· ὁ μὲν γὰρ ὢν πένης
πτωχότερον αὑτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον
γενόμενον ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει κτέ.

Vs. 430. οἶδ' ἄνδρα Μυσὸν Τήλεφον.

Fr. 703. Teste Olympiodoro e Telepho Euripidis. Fallitur tamen Olympiodorus ubi de verbis Platonis Gorg. p. 251 εἰ σοὶ Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν scribit: ἡ παροιμία αὕτη ἐκ τοῦ Τηλέφου ἐστὶν Εὐριπίδου.

Vs. 435. ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῇ.

Verba tragica. Ipsa alicuius tragici verba esse statuit Meineke, Vind. Ar. p. 8, ad testimonium vocans scriptorem vitae Arati, qui in fine haec memorat: ὅτι καὶ οἱ ποιηταὶ πανόπτην, καλοῦσι πανταχοῦ· ὦ Ζεῦ παντόπτα· καὶ ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς, quae Meineke sic restituit: ὅτι καὶ οἱ ποιηταὶ πανόπτην καλοῦσι. ὦ Ζεῦ πανόπτα καὶ κατόπτα πανταχοῦ.

Vs. 440. δεῖ γάρ με δόξαι πτωχὸν εἶναι τήμερον,
εἶναι μὲν ὅσπερ εἰμί, φαίνεσθαι δὲ μή.

Fr. Eur. 699. Schol. οἱ δύο στίχοι οὗτοι ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου. Pertinent ad initium tragoediae. Τήμερον non ab Euripide scriptum fuit.

Vs. 442 sqq. faciunt commentarium comicum vs. 441: spectatoribus erit is qui est, Dicaeopolis, sed chorus eum habebit pro Telepho, i. e. pro homine miserrimo eodem et vaferrimo, cuius artificiosa simul et miserationem excitatura oratione inimicos permotum iri Dic. sperat.

J. van Leeuwen, *de Aristophane Eurip. censore*, p. 104, putat vs. 443 rideri chorum Euripideum a reliqua tragoedia paene alienum, quod verum est si addimus rideri choreutas Euripidei Telephi, qui uni nesciebant vel se nescire simulabant quis esset mendicus ille Graecus, quod toti theatro notum erat ipsisque ignotum esse non poterat quia ipse Telephus coram omnibus dixerat se vestes mutaturum esse.

Vs. 445 sqq. πυκνῇ γὰρ λεπτὰ μηχανᾷ φρενί.

Haec non e vitae communis consuetudine dicta sunt; πυκνῇ φρενί. Eur. Iph. Aul. 67. Euripides (cf. ad 410) suo utitur sermone. Eiusdem generis sunt:

449. ἄπελθε λαΐνων σταθμῶν.

et quod sequitur responsum Dicaeopolidis:

450. ὦ θύμ' ὁρᾷς γὰρ ὡς ἀπωθοῦμαι δόμων.

Cf. Nauck. fr. adesp. 27.

454. τί δ', ὦ τάλας, σὲ τοῦδ' ἔχει πλέκους χρέος;

de quo Schol. καὶ τοῦτο παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου „τί δ', ὦ τάλας, σὺ τῷδε πείθεσθαι μέλλεις;" (N. με λῇς temptavit, fr. 714), unde tamen non apparet hunc Telephi versum poetae revera ante oculos obversatum esse. Poll. X, 92: πλέκος εἴρηκε παρατραγῳδῶν. Locutio ἔχει σε χρέος tragica est.

456. λυπηρὸς ἴσθ' ὢν κἀποχώρησον δόμων.

460. ἴσθ' ὀχληρὸς ὢν δόμοις.

479. κλῇε πηκτὰ δωμάτων. Pollux X, 27 λῦε πηκτὰ δωμάτων Euripidi tribuit. Cf. N. fr. Eur. 991.

Hisce omnibus utrum παρῳδῇ an παρατραγῳδῇ Aristophanes non liquet. Nauck, fr. ad. 27, vss. 449 et 450 Euripideos esse suspicatur.

Vs. 446 sqq. In hoc colloquio non Euripidem tantum sed etiam Dicaeopolidem nonnumquam verbis tragicis uti, simulac τὰ ῥάκι' ἐκ τραγῳδίας acceperit, iam vidimus vs. 435, 440, 450. Addendi sunt vss. 446, 455, 471, 478, 480 sqq.

446. εὐδαιμονοίης· Τηλέφῳ δ' ἁγὼ φρονῶ.

Fr. 702. Cf. verba Arcesilai a Nauckio citata. Quaenam versus allati in tragoedia sententia fuerit non satis certum est. Videntur non ab uno alterove Graecorum profecta esse, qui cur tam tectis verbis uteretur non erat causa, sed ab ipso Telepho, qui cum suspicio orta esset, cavere vellet ne agnosceretur et ipse de Telepho loquens ancipiti uteretur sermone quo mala ei imprecari videretur.

Quid autem voluit Aristophanes? Mueller: „hoc loco (verba Ar.) aperte intellectu carent .... eaque addit ut versu Euripideo utatur, non ut aliquam sententiam, huic loco aptam, exprimat. Firmantur ea quae protuli versu sequenti." Quae interpretatio tum demum ferenda erit, cum aliae omnes frustra tentatae fuerint. Ut Aristophanis verba „intellectu carere" probet Mueller haec addit: „Si accipiuntur pro „Telephus ipse pereat," inepta est sententia, quum Dic. ipse Telephum agat. Si explicantur: „Tua fabula, quae Telephus inscribitur, pereat", vel „ejus me taedet", stultissime haec dicta sunt: offendere enim Euripidem tum demum incipit Dic., postquam omnia accepit, quae poposcit." Quae vera essent, si alta voce Dic. haec dixisset Euripidi, non vero si remissa voce specta-

toribus, quod hoc loco eum fecisse perspicuum est. Simile quid de vs. 461 observandum est. Verbis „abi, molestus es" respondet Dic. „Nondum scis quam molestus ipse sis", sed haec non ita prolata esse ut Euripides, quem sibi conciliare studet, responsum audiret, manifestum est.

Haec igitur, tragoediae involucris sublatis, evadit sententia: (Euripidi) *Gratias tibi magnas ago.* (Theatro) *Tragoedia vero Telephus pereat.*

Vs. 455 Ad verba *βούλομαι δ' ὅμως λαβεῖν* Schol. *μιμεῖται τὸν Εὐριπίδου χαρακτῆρα τῷ λόγῳ*, et Mueller: „Denuo perstringit Euripidem propter sententias eleganter sibi oppositas sed intellectu carentes". Cuius rei exempla non addidit, et num verum viderit scholiasta vehementer dubito. Minime nego similem verborum syntaxin in Euripidis tragoediis reperiri, velut Hipp. 316:

ΤΡ. *ἁγνὰς μὲν, ὦ παῖ, χεῖρας αἵματος φέρεις;*

ΦΑ. *χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι.*

at quis est qui talia digna iudicet quae improbentur? Neque apud unum Euripidem eiusmodi sententiae occurrunt, verum apud plerosque poetas. Alludit Ar. Ran. 1425 ad Ionis versum: *σιγᾷ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεταί γε μήν*, et scribit ipse comicus Av. 124:

ΕΠ. *ἔπειτα μείζω τῶν Κραναῶν ζητεῖς πόλιν;*

ΕΤ. *μείζω μὲν οὐδὲν προσφορωτέραν δὲ νῷν.*

Cf. Nub. 487, quibus locis parodia non inest. Fallitur igitur scholiasta, aut eius annotatio ad praecedentem versum pertinet de quo ad 445 dixi.

Vs. 471. *καὶ γάρ εἰμ' ἄγαν*

ὀχληρὸς, οὐ δοκῶν με κοιράνους στυγεῖν.

Fr. 572. Schol. Τοῦτο *πεπαρῴδηται ἀσήμως ἐξ* Οἰνέως Εὐριπίδου. *ὁ δὲ* Σύμμαχος *καὶ ἐκ* Τηλέφου *φησὶν αὐτό.* Ex qua an-

notatione nihil certi effici potest. In promtu erat Telephum indicare cui dramati saepissime in Ach. alludit Aristophanes.

Vs. 478. μητρόθεν δεδεγμένος.

Locutio cothurno quam socco aptior. Conferunt interpretes Aesch. Choëph. 750: ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη.

Vs. 480 sqq. Refertos esse versus 480—489 verbis tragicis nemo non videt. Cf. ridiculum πρόβαινε νῦν ὦ θυμέ 483, et καρδία ἄπελθε—τὴν κεφαλὴν παράσχες εἰποῦσ' vs. 485. Cf. Eq. 1194. In chori carmine 490—495 poeta tragicos dochmios imitatur. Cf. Muellerum a. h. l.

Vs. 496—556. Continent hi versus ῥῆσιν μακράν, quam Dicaeopolis, iam ῥηματίων ἐμπλήμενος, Acharnensibus recitavit. Videndum est primum quid nos doceant scholiastae.

Ad 496: Ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου

> μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι,
> εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.

fr. 701. Priore versu usus est etiam Alexis apud Athen. XV. 44:

> μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι,
> ἠλειφόμην ὑόμενος ἰρίνῳ μύρῳ.

Ad 540 ἐρεῖ τις, οὐ χρῆν: Καὶ τοῦτο ἀπὸ Τηλέφου Εὐριπίδου. fr. 707. Quod non quatuor haec verba tantum sed totum versum spectare videtur, ut saepius fit, cf. Schol. 446, 454, 555 et passim.

Ad 541 ἐκπλεύσας σκάφει nihil habet Schol. Attamen e tragoedia desumtum est; σκάφος in Ar. non nisi in parodia, Lys. 139, Thesm. 877, Ran. 1382, aut in metaphora poetica, Vesp. 29.

Ad 543 ἢ πολλοῦ γε δεῖ: ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὅλως. καὶ τοῦτο ἐκ Τηλέφου, quorum pars prior, ἀντὶ—ὅλως, ad lemma ἢ—δεῖ est referenda, altera, καὶ—Τηλέφου, ad totum versum.

Ad 555 τὸν δὲ Τήλεφον: καὶ ταῦτα ἐκ Τηλέφου Εὐρ. Sine dubio his tribus verbis coniungendus est sequens versus

οὐκ οἰόμεσθα; νοῦς ἄρ' ἡμῖν οὐκ ἔνι.

Cf. locum Aristidis quem attulit Nauckius ad fr. 711: τὸν δὲ Τήλεφον οὐκ οἴει τὰ αὐτὰ ταῦτα;

Quaeritur quem locum haec verba in Euripidis dramate habuerint. Nauck, quem sequitur Dindorf, suspicatur Ulyxis fuisse, cui tribuit quoque vsm. 543. Ribbeck: „Es scheint „aus einer Debatte ueber Telephos Rede."

Dubito num recte iudicaverint. Ut autem haec exploremus, componenda est cum hac Dicaeopolidis oratione ea quam habet Mnesilochus Thesmoph. 466 sqq. Mnesilochus pro Euripide verba facere pollicitus, veste mutata in mulierum concionem prodit, Euripidem defensurus, quem damnaturae sunt; ubi haec fere dicit: „Non mirum est vos Euripidem odisse, quem ego quoque odi. Attamen ne simus iniustae. Libere loqui licet, cum non adsint peregrini. Cur autem Euripidem accusamus aegreque ferimus quod male de nobis locutus sit? Omnes enim multa admittere solemus flagitia, vs. 476—517. Quid igitur Euripidi irascemur, non graviora passae quam fecimus?"

Quae si cum verbis Dicaeopolidis comparamus, neminem fugiet consensus. Idem fere est nexus orationis, eadem interdum occurrunt verba.

Utriusque orationis initium est captatio benevolentiae. Profitetur Mnesilochus se Euripidem odisse, Dicaeopolis Lacedaemonios:

Thesm. 469 καὐτὴ γὰρ ἔγωγ' .....

μισῶ τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον, εἰ μὴ μαίνομαι.

Ach. 509 ἐγὼ δὲ μισῶ τοὺς Λακεδαιμονίους σφόδρα.

Veritati tamen plus tribuendum esse quam odio et nihil impedire quominus aequi sint, nullum enim adesse peregrinum:

Thesm. 471 *ὅμως δ' ἐν ἀλλήλαισι χρὴ δοῦναι λόγον,*
αὐταὶ γάρ ἐσμεν κοὐδεμί' ἐκφορὰ λόγου.
Ach. 501 *ἐγὼ δὲ λέξω δεινὰ μὲν δίκαια δέ.*
504 *αὐτοὶ γάρ ἐσμεν .....*
κοὔπω ξένοι πάρεισιν ....
507 *ἀλλ' ἐσμὲν αὐτοί ......*

Rogat uterque: an aequum est nos in inimicos invehi?

Thesm. 473 *τί ταῦτ' ἔχουσαι 'κεῖνον αἰτιώμεθα;*
Ach. 514 *τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα;*

Sequitur enumeratio flagitiorum in quibus versantur mulieres, Thesm. 476—516, et facinorum quae patraverunt Athenienses, Ach. 515—554; finem facit sententia e Telepho: Nihil est quod queramur, jure plectimur, Thesm. 518—519, Ach. 555—556. In multis igitur haec conspirant. Aliam causam agit Dicaeopolis, aliam Mnesilochus, sed utriusque orationis idem est schema.

Quae autem huius consensus causa fuit? Maior enim est quam quae casui tribui possit.

Alterutrum statuamus necesse est: *aut* pendere Mnesilochi orationem ab oratione Dicaeopolidis, *aut* fluxisse utramque e communi fonte. Quarum opinionum haec mihi verior videtur.

Minime nego poetam in initio Thesm. se ipsum imitatum esse; inter colloquia enim Euripidis et Agathonis Thesm. 89—265, Dicaeopolidis et Euripidis Ach. 394—479 intercedit similitudo. Videtur haec scena Atheniensium plausum tulisse et ipsi poetae ita placuisse ut risum renovare non aspernaretur. At quid est quod in *oratione* quam Mnesilochus habuit, imitaretur verba Dicaeopolidis, quin etiam iisdem passim uteretur verbis? Iis enim, quae utriusque communia sunt non singularis inest vis comica. *Omnia contra plana fiunt si conicere licet non sua ipsius verba imitatum esse Aristophanem sed Euripidis, et in versibus, quos iam citavimus, delitescere concionem, quam Telephus habiturus gloriabatur:*

οὐδ' εἰ πέλεκυν ἐν χεροῖν ἔχων
μέλλοι τις εἰς τράχηλον ἐμβαλεῖν ἐμόν,
σιγήσομαι δίκαιά γ' ἀντειπεῖν ἔχων.

Huic coniecturae nihil obstat, favent omnia. Favet, Dicaeopolidem verba fecisse pannis Telephi indutum, et Mnesilochi orationem in media Euripidis parodia positam esse. Favet quod aliunde de Telepho nobis compertum est: Ab Apolline ei responsum erat ei neminem mederi posse quam qui vulnerasset, sed metuebat ut voti compos fieret si se Telephum esse profiteretur, regem Mysiae, qui cum Graecis bellum gessisset. Itaque artificium excogitat (fr. 709), ignotus (fr. 703), mendicus (fr. 698, 699) castra Graecorum, vel potius Agamemnonis domum adit (huc fortasse pertinent Ach. 456, 460). Audit Graecorum reges Telepho male dicentes. Iram sedare, animos verbis mulcere studet. Fit altercatio; datur ei potestas dicendi. Sed nondum quis sit notum est. Loquitur perinde quasi sit Graecorum aliquis, qui sine ira et studio de hoste iudicare velit. Quae cum ita sint, conari licet ipsius Euripidei Telephi orationem, non verba dico sed sententiam, e reliquiis restituere.

I. Μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι,
εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.

II. Non mirandum est vos ira incensos esse, Thesm. 468; ego quoque Telephum odi, Ach. 509, Thesm. 469,

III. Aequi tamen simus; soli sumus, Ach. 504, Thesm. 472.

IV. Etiam Graeci iniuria Telephum affecerunt, Ach. 514 sqq. Th. 476 sqq.

V. Bello Telephus Graecos prosecutus est: ἐρεῖ τις οὐ χρῆν· ἀλλὰ τί ἐχρῆν εἴπατε.

VI. Nos in Mysiam incursionem fecimus. At si quis Mysorum cum exercitu in Graeciam venisset, καθῆσθ' ἂν ἐν δόμοισιν; ἦ πολλοῦ γε δεῖ. Similis demonstratio reperitur Eur. Heracl. 1005 sqq.

οὔκουν σύ γ' ἂν λαβοῦσα τὰς ἐμὰς τύχας,
ἐχθροῦ λέοντος δυσμενῆ βλαστήματα
ἤλαυνες ἂν κακοῖσιν, ἀλλὰ σωφρόνως
εἴασας οἰκεῖν Ἄργος; οὔτιν' ἂν πίθοις.

VII. An Graecis igitur licuit vim vi defendere,
τὸν δὲ Τήλεφον
οὐκ οἰόμεσθα; νοῦς ἄρ' ἡμῖν οὐκ ἔνι.

VIII. Quid igitur est quod Telepho irati sumus
εἶτα δὴ θυμούμεθα
παθόντες οὐδὲν μεῖζον ἢ δεδρακότες;
(*εἶτα* pro *εἰ* Matthiae; fortasse *εἶτα Τηλέφῳ θυμούμεθα*)

Haec si vera sunt, apparet neque Dicaeopolidis orationem centonem esse e variis sermonibus consertum, neque verum vidisse interpretes qui fr. 710, 711, 712 Ulyssis verba fuisse opinantur. Mecum facit grammaticus, qui hypothesin scripsit quae haec habet: *καὶ στολισθεὶς τοῖς Τηλέφου ῥακώμασι παρῳδεῖ τὸν ἐκείνου λόγον.*

Optime denique cum iis quae exposui conspirat testimonium Schol. ad Aristid. vol. II, p. 19, a Nauckio allatum. Ad verba Aristidis: *τὸν δὲ Τήλεφον οὐκ οἴει τὰ αὐτὰ ταῦτα;* annotat: *τὶς τῶν ποιητῶν εἰσάγει τὸν Τήλεφον ἐλέγχοντα τὸν Ὀδυσσέα ἐκ τῶν αὐτῶν λόγων οὓς πρὸς τὸν Τήλεφον εἶπε.* Addit N. „quae dubito num recte se habeant." Verum nulla est dubitandi causa; locus, meo quidem iudicio, sanus est. Jam e fr. 706 efficimus aliquem Graecorum male Telepho dixisse idque Telephi (ignoti adhuc) bilem movisse. Docet autem Schol. Aristid. Graecum illum fuisse Ulyssem. Simul nos docet quid ille dixerit. Regi Mysorum vitio verterat quod cum Graecis congressus erat, et probare conatus erat iure Graecos Telephum vulnerasse, ut se defenderent scilicet. Telephus autem eodem argumento, eadem non scripta sed nata lege utitur probatque, si Graecis licuerit se defendere, summo iure idem licuisse regi cuius fines transiissent.

Iam antea fuerunt, ne hoc taceam, viri docti qui fr. 710, 711, 712 ipsi Telepho tribuerent, Geel in *commentatione de Euripidis Telepho*, Welcker, *die Griech. Trag.* II p. 487, Jahn, cui tamen non satis constat, *Teleph. u Troilos*, p. 30. Verum statuunt omnes hanc orationem habuisse Telephum post agnitionem, quod fragmento 711 refellitur neque viderunt quid orationes Dicaeopolidis et Mnesilochi ad tragoediam restituendam faciant.

Verum vidit Fritsche qui ad Thesm. 518: „Falso suspicatur Matthiaeus, apud tragicum haec esse verba videri unius e Graecorum ducibus Telepho patrocinantis. Nobilissima apud Euripidem fuit Telephi oratio, quam in Acharn. identidem ad risum jocumque deflecti videmus. Jam ex hac Telephi oratione eaque item extrema, quippe quum generali sententia concluderetur, Euripidis versum manasse, propter incredibilem quandam Telephi illius nostrique Mnesilochi similitudinem dubitari posse nego. Telephus enim habitu mendici, nomine ementito publice Achivorum duces in concione objurgarat itaque finiverat, *Deinde etiam irascimur, non atrociora passi, quam fecimus?*" Rem tamen non ulterius prosecutus est.

Vs. 557 sqq. Quid e sequentibus e tragoedia manaverit, ne coniectura quidem assequi possum. Suspicari tantum in promtu est in tragoedia quoque post Telephi concionem simultatem ortam esse. Carmen choricum 566—571 tragico metro scriptum est. Ad vs. 577 *ἅπασαν ἡμῶν τὴν πόλιν κακορροθεῖ* Schol. habet *καὶ τοῦτο ἐκ Τηλέφου*. Est revera *κακορροθεῖν* vocabulum Euripideum, Alc. 707, Hipp. 340. Occurrit quoque Thesm. 896, ubi loquitur Euripides. Apud Soph., El. 597 *κακοστομεῖν*. Erat sine dubio in tragoedia *ὁ κακορροθῶν* ipse Telephus. Etiam vs. 577*b* (Dind.) *οὗτος σὺ τολμᾷς πτωχὸς ὢν λέγειν τάδε;* potest esse versus Euripideus, et sicut *πτωχὸς ὤν*, vs. 593, in mentem revocat vs. 497. De vocabulis *σπουδαρχίδης* cet. vid. ad Nub. 744.

Quo modo post Telephi orationem processerit tragoedia exponere conabor ad Thesmophoriazusas (vs. 692).

Vs. 637. ἰοστεφάνους

Usus est epithetis ἰοστέφανοι et λιπαραὶ Pindarus, Bergk. fr. 54,

Ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀοίδιμοι
Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλεῖναι Ἀθᾶναι, δαιμόνιον πτολίεθρον.

Similia leguntur Isthm. II 20, Pyth. VII 1 et passim in tragoediis Soph. et Eur.; Ar. Eq. 1329, Nub. 300, fr. 162.

Vs. 659—664. πρὸς ταῦτα Κλέων καὶ παλαμάσθω
καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω. κτέ.

Fr. 910. Euripideum esse locum docet Suidas; e Telepho petitum esse magna veri specie coniecit Bergk. Pro verbis fragmenti πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρὴ cum Nauckio, Eurip. Stud. II p. 12, restituamus πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρῇ, i. e: *quae velit.*

Vs. 731. ἀλλ' ὦ πονηρὰ κώρι' ἀθλίω πατρός.

Verba graviora pro conditione hominis, qui filias suas fame confectas venales affert, mox ut porcellas venditurus. Est paratragoedia.

Vs. 881. ὦ τερπνότατον σὺ τέμαχος ἀνθρώποις φέρων. Mihi haec legenti succurrit versus ille Aeschyleus:

ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανείς,

verba Ius Prometheum agnoscentis, quae, quamvis in multis discrepent, non tamen plane a nostro versu aliena esse suspicor. Videtur hoc Aeschyli loco accidisse quod plurimis aliis (cf. Cob. Var. lect. p. 9) accidit; locutio inde orta est, quam, ut res postulabat, ad suum usum quisque accommodabat. Sic chorus Equitum (Ar. Eq. 836) audaciam et facundiam Agoracriti admirans, exclamat:

ὦ πᾶσιν ἀνθρώποις φανεὶς κοινὸν ὠφέλημα.

Acharnensium loco verborum quidem nulla est similitudo sed eadem est verborum syntaxis et totius versus sonus, et prorsus idem interest inter Aristophaneum versum et Aeschyleum ac inter Dicaeopolidem anguillas admirantem et Io Prometheum agnoscentem. Accedit quod alio Aeschyleo versu neque minus mutato respondetur πρέσβειρα κτἑ vs. 883. Quam ob rem non ineptum mihi videtur conicere Aristophanem allatum versum ad Promethei versus normam composuisse. Verum probari talia nequeunt.

Vs. 883. πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπᾴδων κορᾶν

Schol. Ὁ στίχος ἀπὸ δράματος Αἰσχύλου Ὅπλων κρίσεως οὕτως ἐπιγεγραμμένου, ἐν ᾧ ἐπικαλεῖται τὰς Νηρεΐδας τις ἐξελθούσας κρῖναι, πρὸς τὴν Θέτιν λέγων „δέσποινα πεντήκοντα Νηρῄδων χοροῦ." Bentl. κορῶν. Valck. χοροῦ pro κορᾶν R. Cf. Eur. Andr. 1267; fr. Aesch. 168 N., 175 D.; Iph. T. 427. (Mueller).

Post. ἐπιγεγραμμένου verba excidisse videntur, quibus exposuerit scholiasta quare tragoediae ὅπλων κρίσις titulus fuerit.

Appellat aliquis Thetidem ut e mari emergat et e Scholiastae verbo ἐξελθούσας apparet, opinor, ἔκβαθι vs. 884 ad parodiam pertinere. Fortasse apud Aeschylum ἔκβηθι vel tale quid sequebatur.

Vs. 893. μηδὲ γὰρ θανών ποτε
σοῦ χωρὶς εἴην ἐντετευτλανωμένης.

Gaudio elatus Dic. anguillam diu desideratam salutat verbis quibus gravitatem tragicam imitatur:

885. ὦ φιλτάτη σὺ καὶ πάλαι ποθουμένη,
ἦλθες ποθεινὴ μὲν τρυγῳδικοῖς χοροῖς,
φίλη δὲ Μορύχῳ.

887. ..... δμῶες, quod in Ar. non nisi Ach. 1174 occurrit, in paratragoedia.

891. προσείπατ' αὐτὴν, ὦ τέκν'.

Loquendi genus tragicum, non aliquem trag. locum imitatus esse videtur; vs. 893 verbis Eur. Alc. 367 utitur, quibus Admetus fidissimam uxorem alloquitur:

μηδὲ γὰρ θανών ποτε
σοῦ χωρὶς εἴην τῆς μόνης πιστῆς ἐμοί,

pulchris profecto sed in Alc. ineptis, quippe profectis a viro qui prudens volensque uxorem morti obicit ut sibi parcatur. At Ar. non ut reprehendat παρῳδεῖ sed ut animos auditorum delectet.

Vs. 965. ὁ δεινὸς, ὁ ταλαύρινος, ὃς τὴν Γοργόνα
πάλλει, κραδαίνων τρεῖς κατασκίους λόφους.

Verba τρ. κατ. λόφ etiam Aesch. Sept. 384 leguntur, ubi Tydeus dicitur τρεῖς κατασκίους λόφους σείειν, quorum meminisse videtur Ar., hos versus e tragicis et epicis locutionibus consuens. Ceterum τρεῖς λόφους ἔχειν in proverbium abiit, ut apparet Pac. 1173, Av. 94.

Vs. 1071 sqq. Dicaeopolide epulas parante accurrit praeco exclamans:

ἰὼ πόνοι τε καὶ μάχαι καὶ Λάμαχοι,

quibus respondet Lamachus:

τίς ἀμφὶ χαλκοφάλαρα δώματα κτυπεῖ;

gravia verba, quibus gravitatem et magnificentiam Lamachi ludibrio habet poeta. Ad vs. 1072 Mueller: „sine dubio tragici cuiusdam, fortasse Euripidis." Idem observandum est de vs. 1078;

ἰὼ στρατηγοὶ πλείονες ἢ βελτίονες,

quem Bentley (vid. Ribb. a. h. l.) e Telepho sumtum esse suspicatur πλέονες legens; et de vs. 1124:

φέρε δεῦρο γοργόνωτον ἀσπίδος κύκλον,

quae locutio tragica est ut Aesch. Sept. 489; cf. Eur. Troad. 1136, Phoen. 1130 (Mueller).

Vs. 1093. *τὰ φίλταθ' Ἁρμοδίου, καλαί.*

Scolion notissimum. Bergk. Scol. 10. Verba allata frustra interpretari conati sunt W. Ribbeck et Mueller. A. von Velsen: *Ἁρμόδι'· οὐ καλά;* Blaydes: *τὸ φίλταθ' Ἁρμόδι' ᾄδεται.* Praestat Velsenii emendatio, non tamen ita satisfacit ut omnis dubitatio tollatur. Cf. vs. 980, Vesp. 1225, Lys. 632.

Vs. 1174 sqq. Postrema comoediae pars in tragoediae formam redacta est. Advenit nuntius narraturus quid acciderit, prodit miser Lamachus flebiliter gemens neque deest solemne *ἰώ, ἰώ.* Iam versui 1174 tragicus est dicendi color. Neque *δμῶες* comoediae est, cf. 887, neque syntaxis quam hic habemus verborum. Manifesta autem est parodia vs. 1183 sqq.

δεινὸν ἐξηύδα μέλος·
ὦ κλεινὸν ὄμμα, νῦν πανύστατόν σ' ἰδὼν
λείπω φάος τόδ'· οὐκέτ' οὐδέν εἰμ' ἐγώ.

cum Cob. pro *φάος τοὐμὸν, οὐκέτ' εἰμ' ἐγώ.* Nauck. fr. adesp. 28. Cf. Eur. Alc. 387, Hec. 411; Soph, Ai. 857 sqq.

Versuum 1181—1188 nonnulli non sunt genuini; vss. 1186—1188 certe alii comoediae sunt reddendi; quae ceterorum fuerit origo non satis perspicimus, sed non sicut nunc se habet hunc locum scripsisse Aristophanem constat, cf. Muellerum a. h. l. Utut est, vss. 1183—1185 et fortasse 1186—1189 parodiam continent.

In sequentibus multa e paratragoedia posita sunt v. c.

1191. *στυγερὰ τάδε γε κρυερὰ πάθεα κτέ.* de quibus recte Schol.: *θρηνῶν παρατραγῳδεῖ,*

1204. *ὦ ξυμφορὰ τάλαινα τῶν ἐμῶν κακῶν,*

1207. *στυγερὸς ἐγὼ* et *μογερὸς ἐγὼ*, cum neque *στυγεῖν, στυγερὸς* neque *μογεῖν μόγος, μογερός* comicorum sint,

1212. *ἰὼ ἰὼ Παιὰν, Παιάν*, cf. Muellerum a. h. l.

1223. *παιωνίαισι χερσίν*, Aesch. Suppl. 1066, Ag. 848; Soph. Phil. 1345. Denique

1226. *λόγχη ..... ὀδυρτά*,

nam, quamquam *ὀδυρτός* in tragoedia non occurrit, verbum *ὀδύρεσθαι* et quae huc pertinent substantiva *ὄδυρμα, ὀδυρμός* certe tragica sunt.

EQUITES.

Vs. 9. *ξυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον.*

Epica forma Οὔλυμπος legitur etiam Eur. Herc. fur. 872. Haec ipsa verba ex aliqua tragoedia desumta esse censet Meineke.

Vs. 15. *πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἁμὲ χρὴ λέγειν;*

Parodia versus Eur. Hipp. 345.

πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἁμὲ χρὴ λέγειν

Pro χρὴ Bergk et Nauck, Stud. Eur. II 12, correxerunt χρῄς, i. e. *velis*.

Saepe πῶς ἂν cum aor. opt., i. e. *utinam*, apud Euripidem occurrit, cf. Valck. ad Hipp. 208 neque desunt apud Sophoclem exempla. Aj. 388, O. R. 765, Phil. 794.

Vs. 30. *κράτιστα τοίνυν τῶν παρόντων ἐστὶ νῷν*
θεῶν ἰόντε προσπεσεῖν του πρὸς βρέτας.

Βρέτας a comicorum loquendi usu alienum est (Lys. 272 occurrit in carmine chorico) et verborum in hisce versibus compositio grandior est quam expectes a servis inter se sermocinantibus. Praeterea si h. l. non alienis sed suis verbis usus esset servus, non protulisset consilium, quod ingenuo ab

hostibus presso quam servo fugitivo aptius et hoc loco ridiculum est. Sine dubio hic quoque Aristophanes *τὰ μεγάλα πάθη ὑποπαίζει τῆς τραγῳδίας*. Idem enim servus, qui iam versum ex Hippolyto recitaverat, paullo post exclamat vs. 80:

κράτιστον οὖν νῷν ἀποθανεῖν, et vs. 84:

βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν.

quod minime trepidi est et ignavi servi sed fortis viri qui mori non reformidet cuique persuasum sit ut Andromachae, Troad. 632, *τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν*. Accedit quod vs. 84 teste Scholiasta e Sophoclis Helena petitus est, ubi legitur:

ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρειον πιεῖν
καὶ μή γε πλείω τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας.

Dind. *μή τι πλείους* vel *μήτι πλείω — δυσφημίαν* in Annot. ad Schol. a. h. l. et fr. 185. „Videtur ad *Ἑλένης ἀπαίτησιν* referendum esse." Nauck. fr. 660.

Locum Ar. laudat Athenaeus III c. 94. Ibi Cynulcus Ulpiano, qui ob soloecismum eum reprehenderat, respondet: *βέλτιον δ' ἦν μοι*

αἷμα ταύρειον πιεῖν·
ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος

ἢ εἰς σὲ ἐμπεσεῖν. H. l. comparativus bene se habet. In Aristophane tamen rectius, opinor, v. Herw. et Ribbeck e Suidae cod. Oxoniensi s. v. *νῷν*: *αἱρετώτατος* restituerunt.

Vs. 147 sqq. Servus B (Demosthenes) spe elatus fore ut allantopola Cleonis auctoritatem evertat, grandibus eum nominibus appellat:

σωτὴρ τῇ πόλει καὶ νῷν φανείς

et mox 157: *ὦ μακάρι', ὦ πλούσιε,*
ὦ νῦν μὲν οὐδείς, αὔριον δ' ὑπέρμεγας·
ὦ τῶν Ἀθηνῶν ταγὲ τῶν εὐδαιμόνων.

Ostendit ei magnum Atheniensium imperium subiectasque

insulas, quas ipse mentis quasi oculis adspicit. Spectatores monstrans Agoracritum rogat:

163 τὰς στίχας ὁρᾷς τὰς τῶνδε τῶν λαῶν;

et pollicetur:

τούτων ἁπάντων αὐτὸς ἀρχέλας ἔσει.

De insulis, Atheniensium sociis scilicet, addit 176: διὰ σοῦ ταῦτα πάντα πέρναται.

Haec omnia festivissimam esse paratragoediam nemo non vidit neque de singulis verbis, quae pro comoedia graviora sint, disserere opus est. Kock ad vs. 159 „Der vers scheint „einem anderen Dichter entnommen zu sein. Daher ist viel- „leicht mit Bergk 'Αθηνέων (in Synizese, die HSS. 'Αθηναίων) „zu lesen."

Vs. 197. ἀλλ' ὁπόταν μάρψῃ κτέ. Parodia oraculorum Bacidis aliorumque, quae tunc temporis circumferebantur et a multis magni habebantur. Cf. Av. 967 sqq. Pac. 1063 sqq.

Vs. 214. τάραττε καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα.

Schol. Παρῳδίας τρόπον· παρῴδησε γὰρ τὸν ἴαμβον ἐξ 'Ηρακλειδῶν Εὐριπίδου i. e., sicut Schol. Eq. 221, 1099: hunc iambicum versum composuit versum Heraclidarum imitans. At in hoc Euripidis dramate nihil simile invenitur. Cum non pauca desint, ut ostendit Kirchhoff in annot. ad vs. 630, res incerta est, sed non video quis in hoc dramatis parte verbis τάραττε — πράγματα uti potuerit neque versui tragicus est color. Ταράττειν occurrit quidem in trag. ut Eur. Herc. fur. 605 sed a comoedia minime alienum est, cf. Eq. 867, 902. Lys. 1232.

Mentem subiit verba παρῳδίας τρόπον referenda esse ad vs. 210 αἴ κε μὴ θαλφθῇ λόγοις *ibique legendum esse* θελχθῇ, nam etsi in lexico Hesych. legitur θέλγει· ἀπατᾷ, θάλπει, nullum usquam inveni locum ubi θάλπειν *mulcendi* significationem habeat. Est *calefacere*, imo *incendere*, cum contra λόγοισι

θέλγειν usitatum sit epico sermone quo et αἴ κε pertinet. In scholiis legitur αἴ κε μὴ θαλφθῇ: Καταθαλφθῇ sed Rav. habet Καταθελχθῇ. Fortasse simile quid olim in Heraclidis legebatur. Sed hoc ut nimis incertum mitto.

Vs. 221. *ἀλλὰ στεφανοῦ καὶ σπένδε τῷ Κοαλέμῳ.*

Schol. *τοῦτο δὲ παρῴδησεν ἐκ τῆς τραγῳδίας* i. e. servum facit loquentem sicut loquuntur in tragoedia, *παρατραγῳδεῖ.* Conferatur Eur. Bacch. 313:

καὶ σπένδε καὶ βάκχευε καὶ στέφου κάρα.

Quem versiculum afferens non dico Aristophanem eum imitatum esse, nam Bacchae dudum post Equites doctae sunt.

Vs. 229. *χὠ θεὸς ξυλλήψεται.*

Videtur fuisse sententia Graecis usitata, quemadmodum apud nostrates extat: „God helpt wie zich zelven helpen." Scripsit Euripides in priore Hippolyto, fr. 435

τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει,

Aeschylus Pers. 742

ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις αὐτὸς, χὠ θεὸς συνάπτεται

et Menander, Mein. IV fab. inc. 47

τόλμῃ δικαίᾳ καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

Dindorfio Euripides Aeschylum imitatus esse videtur, Menander Euripidem sed cum sententiam proferant, quae in locum communem abiisse videtur, de imitatione cogitare nihil opus est.

Vs. 249. *πολλάκις γὰρ αὔτ' ἐρῶ*

καὶ γὰρ οὗτος ἦν πανοῦργος πολλάκις τῆς ἡμέρας.

Eur. Hipp. 664 legitur:

μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι
γυναῖκας, οὐδ' εἴ φησί τίς μ' ἀεὶ λέγειν·
ἀεὶ γὰρ οὖν πώς εἰσι κἀκεῖναι κακαί.

Iam Valckenaer et Bergler in ed. Av. haec cum Arist. loco allato comparaverunt. Neque temere. Revera mihi videtur poeta imprudens fortasse, quod in tali re saepius obtinet, Euripidem imitatum esse, neque ineptum est hic eius testimonii recordari, fr. 397:

χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ

Vs. 404. δωροδόκοισιν ἐπ' ἄνθεσιν ἵζων.

Admodum difficile est diiudicare an carminum choricorum versus e tragoedia desumti sint. Hic tamen in promtu est suspicari versum latere tragici alicuius vel lyrici poetae qui scripserat:

ὢ ῥοδέοισιν ἐπ' ἄνθεσιν ἵζων,

nam ita demum habent suam facetiam versus comici. 'Ρόδεα ἄνθεα Eur. Med. 842 et ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι Ibycus, fr. 4. Bergk. p. 999.

Vs. 407. γέροντα πυρροπίπην.

Compositum ad exemplum Homerici „παρθενοπίπης".

Vs. 498. ἀλλ' ἴθι χαίρων καὶ πράξειας
κατὰ νοῦν τὸν ἐμὸν, καί σε φυλάττοι
Ζεύς.

Ad tria priora verba Schol.: παρὰ τὸ Σοφόκλειον ἐξ 'Ιολάου (Ald.), ἐξ 'Ιοκλέους (Ven.); ἐξ Οἰκλέους correxit Dind., ἐξ 'Ιφικλέους Brunck. Fr. Soph. 278 N., 415*b* D. „Verba repetit Arist. Nub. 510 et Pac. 729, manifesto hunc locum respicit Eq. 548:

ἵν' ὁ ποιητὴς ἀπίῃ χαίρων,
κατὰ νοῦν πράξας,
φαιδρὸς λάμποντι μετώπῳ."

Nauck, qui προσώπῳ cum cod. Ven.

Vs. 611. ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν καὶ νεανικώτατε,
ὅσην ἀπὼν παρέσχες ἡμῖν φροντίδα·
καὶ νῦν ἐπειδὴ σῶς ἐλήλυθας πάλιν,
ἄγγειλον ἡμῖν πῶς τὸ πρᾶγμ' ἠγωνίσω.

Recte Kock: „Die Verse haben ganz tragischen Charakter." Cf. Herc. fur. 531. In parodiarum numerum retulit Ribb. Ach. Anh. p. 320. Inde a vs. 624 Agoracritus, alias linguae elegantia minime conspicuus, ῥήσεις ἀγγελικὰς tragoediae imitatur, vid. inprimis vs. 636 sqq.

Vs. 626. ἐλασίβροντ' ἀναρρηγνὺς ἔπη.

Cleonis iactantiam et magniloquentiam ridens Agoracritus grandibus utitur verbis. Pind. fr. 121 Bergk: ἐλασίβροντε παῖ Ῥέας, fr. 161: ἀναρρῆξαι τὸν ἀχρεῖον λόγον.

Vs. 813. ὦ πόλις Ἄργους κλύεθ' οἷα λέγει.

Schol. Τὸ δὲ ὦ πόλις Ἄ. ἀπὸ Τηλέφου Εὐρ., τὸ δὲ κλύεθ' οἷα λέγει ἀπὸ Μηδείας.

Non verisimile est poetam hoc modo verba consuisse, etsi revera verba laudata in Medea, vs. 169, leguntur. Minus etiam audiendus qui ad Plut. 602, ubi totus redit versus, adscripsit: μετείληπται δὲ ὁ στίχος ἐκ Φοινισσῶν Εὐριπίδου, Πολυνείκους λέγοντος. Nihil enim quo respici possit in hoc dramate legitur nisi vs. 611, ὦ πάτερ, κλύεις ἃ πάσχω, ubi ὦ πόλις e 613 legisse scholiastam coniecit Dobree ad Plut. 601. Scholiasta cod. Ven., qui ad locum Equitum nihil adscripsit, ad Plut. 601 ὦ πόλις Ἄργους habet cum Rav.: ταῦτα ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου τραγικεύεται, neque dubium est quin totum spectet versum, quod iam Elmsleio videbatur. Cf. fr. Eur. 723. Verba profecta esse videntur ab aliquo Graecorum rege (Menelao. Kock a. h. l.) verba Telephi indignanti. Quod sequitur ἀντιφερίζειν in Homero (Il. XXI 357) et Pindaro (Pyth. IX 50) legitur.

Vs. 836. ὦ πᾶσιν ἀνθρώποις φανεὶς μέγιστον ὠφέλημα.

v. Herwerden, Stud. Crit. in poet. sc. Gr. p. 50 docuit in codice Ambrosiano scriptum esse κοινὸν ὠφέλημα, quod respondet iis quae Scholiasta in strophico versu 756 legisse videtur: ὧν οἱ μὲν τρεῖς ἀσυνάρτητοι ἐξ ἰαμβικοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου .... καὶ τροχαϊκοῦ ἰθυφαλλικοῦ. Confirmatur lectio κοινὸν loco Aeschyli, Prom. 614 quo Aristophanes respexit:

ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανείς.

Non consentit qui huic versui 836 scholion metricum adscripsit. Contendit ille vss. 836—910 omnes tetrametros iambicos catalecticos esse. Manifesto errore. Aut codice usus est in quo metri causa vss. 837 et 838 quoque mutati erant aut alias res agenti fraudem fecerunt vs. 836, ubi μέγιστον legit, et vs. 839 sqq. Cf. Ach. 881.

Vs. 970. ὑπαὶ πτερύγων.

Vid. ad Av. 1426.

Vs. 973. ἥδιστον φάος ἡμέρας
ἔσται κτέ.

Schol. ταῦτα δὲ παρὰ τὰ Εὐριπίδου. An verum sit et quo pertineat nescimus. N. et D. in fragmentis de hoc scholio nihil annotaverunt.

Vs. 1056. καί κε γυνὴ φέροι ἄχθος, ἐπεί κεν ἀνὴρ ἀναθείη
ἀλλ' οὐκ ἂν μαχέσαιτο.

Teste Scholiasta e parva Iliade. Colloquuntur virgines Troianae de Ulysse et Aiace. Altera Aiacem laudibus effert qui Achillis corpus hostibus eripuerat et humeris gestaverat, altera:

πῶς ἐπεφωνήσω; πῶς οὐ κατὰ κόσμον ἔειπες
ψεῦδος;

deinde καί κε γυνή κτέ.

Vs. 1099. *γεροντagωγεῖν κἀναπαιδεύειν πάλιν.*

Teste Scholiasta e Peleo Sophoclis. Totum locum servavit Schol. Nub. 1417:

Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη
γεροντagωγῶ κἀναπαιδεύω πάλιν·
πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.

Fr. Soph. 444 N., 434 D. Eodem versu Sophoclis usus est poeta comicus ap. Plut. Vit. Nic. c. 2: *Ἴσχυε μὲν γὰρ ὁ Κλέων μέγα γεροντagωγῶν* (*τὸν δῆμον* ut apparet) *κἀναμισθαρνεῖν διδούς*. Idem Plut. Reip. ger. praec. c. 13. Praecedit versus Aristophanis Vesp. 1033. Fortasse etiam *κἀναμισθαρνεῖν διδοὺς* Aristophanis est.

Vs. 1225. *ἐγὼ δέ τυ ἐστεφάνιξα κἀδωρησάμαν.*

Schol. *μιμεῖται δὲ τοὺς εἵλωτας ὅταν στεφανῶσι τὸν Ποσειδῶνα.* „Respicit ignoti poetae drama Helotas." Dind. in annot. ad Schol. Cf. Kock. a. h. l.

Vs. 1232. De sua desperans salute, metuens ne Demi gratia excidat Cleon gravitatem tragoediae imitatur. Notissimae sunt tragicae *ἀναγνωρίσεις*, quales in Choephoris Aeschylus, in Oedipo Tyranno Sophocles, in Ione, Helena, Telepho, Iphigenia Taurica Euripides, in aliis dramatis alii finxerunt. Ludit imitando Aristophanes vel potius fingendo ad tragoediae exemplum; cum autem Cleonis orationem verbis hinc illinc e tragoedia petitis ornet, demagogi *ἀναγνώρισιν* utrum paratragoedia an parodia appellanda sit nescimus. Iam statim ab initio exquisitis verbis ille:

καὶ μήν σ' ἐλέγξαι βούλομαι τεκμηρίῳ,
εἴ τι ξυνοίσεις τοῦ θεοῦ τοῖς θεσφάτοις.
καί σου τοσοῦτον πρῶτον ἐκπειράσομαι.

quorum neque *ἐκπειράσομαι* neque *ξυνοίσεις τοῖς θεσφάτοις* comicorum sunt.

Eodem numero habendus est vs. 1237 [illegible]

[illegible] χρυσοῦς [illegible]

Vs. 1240. ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Λύκει', τί ποτέ μ' ἐργάσει;

Schol. ὁ Τήλεφος ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου. Argis, quo Telephus venerat, templum fuisse Apollini Lycio sacrum monet Geel in comm. de Telepho, allato Paus. II c. 19. Non apparet cuius haec fuerint verba, ipsius Telephi, qui ex Apollinis responso Argos venerat, an v. c. Agamemnonis, cuius filium Telephus, ad Apollinis aram cum confugisset, interficere minitabatur.

Vs. 1243. οὐκέτ' οὐδέν εἰμ' ἐγώ.

„Auch dieser Vers hat ganz tragisches Pathos, obschon „der Ausdruck sich in der Sphäre des täglichen Lebens hält." Kock a. h. l.

Postrema verba num vera sint dubito. Οὐδὲν εἶναι, *viribus destitutum esse, nihil valere*, a quotidiano Graecorum sermone non alienum est; οὐδὲν εἶ, *nihil es*, indignabunda respondet Praxagora Lys. 144. At qui οὐδέν εἰμι vel οὐκέτ' οὐδέν εἰμ' ἐγώ exclamat tragicam agit personam aut tragicum πάθος simulat, ut Philocleon Vesp. 997 et Lamachus Ach. 1185. Alibi in Arist. non occurrit, verum saepissime in tragoedia, v. c. Andr. 1077; Hel. 1194 ubi οὐδέν εἰμ' et οὐδέν εἰμ' ἔτι idem valent ac οἴχομαι et ὄλωλα; Alc. 387, 399, ubi de ipsa morte sermo est.

Vs. 1244. λεπτή τις ἐλπίς ἐστ' ἐφ' ἧς ὀχούμεθα.

Fr. adesp. 38. N. Simile quid Eur. Or. 68: ἐπ' ἀσθενοῦς ῥοπῆς ὀχούμεθ', ubi genuinum ῥοπῆς pro ῥώμης restituit Nauck. Cf. Ribb. a. h. l. et Kock., qui originem metaphorae ostendit. In Gerytade, fr. 198, legitur:

ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὀχεῖσθ' ἄρα.

ubi vocabulo *λεπτῶν* Sannyrionis, Meletis et Cinesiae macies ridetur.

Cum in Gerytade quoque multus fuerit Ar. in tragicis imitandis et ridendis, suspicari licet *ἐπὶ λεπτῆς ἐλπίδος ὀχεῖσθαι* e tragoedia manasse.

Vs. 1248. *οἴμοι, πέπρακται τοῦ θεοῦ τὸ θέσφατον.*
κυλίνδετ' εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα.

Ad alterum versum Schol. *ταῦτα δὲ ἐκ Βελλεροφόντου Εὐρ. τὸ δὲ κυλίνδετε ἀντὶ τοῦ κομίζετε.* Euripides *κομίζετε* scripsit non *κυλίνδετε*. Cum idem fere legatur fr. Stheneboeae 673, *κομίζετ' εἴσω τήνδε*, in promtu est suspicari errasse scholiastam et Aristophanem hunc Stheneboeae locum imitatum esse. Quod tamen minus verisimile fit si ex Aristophanis verbis aliquid efficere licet. Ad quae verba attendentes probabilius statuemus cum Ribbeckio Ach. Anh. p. 294 miserum Cleonem usum esse miseri Bellerophontis exclamatione, (fr. Stheneb. 673 de mortua agit Stheneboea) quae huic aptissima erat cum a Pegaso eiectus in terram claudus factus esset. Eodem fere modo Creon dolore confectus a famulis petit ut se abducant, Soph. Ant. 1320:

ἄγετέ μ' ὅτι τάχος, ἄγετέ μ' ἐκποδών.

cf. 1339 et Oed. Tyr. 1341 sqq. Neque verba *κομίζετε* —. *δυσδαίμονα* aliena sunt (quae opinio fuit Welckeri, Gr. trag. II p. 795) a viro fortiter mala ferenti, fr. 302 [1]), 313. De versu 1248 Kock: „Da 1249 aus dem Bellerophon des Euri-

[1]) Verba *οἴμοι κτλ*, fr. 302, ita distinguenda sunt ut prius *οἴμοι* sit amici miserantis, chori fortasse, et *τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν* Bellerophontis. Cf. Eur. Suppl. 291. Eandem medelam iam Wagner attulit fragmento Eur. Alcm. 69:

A. *μητέρα κατέκταν τὴν ἐμήν, βραχὺς λόγος.*
B. *ἑκὼν ἑκοῦσαν ἢ οὐ θέλουσαν οὐχ ἑκών;*

quam emendationem N. et D. non receperunt.

„pides genommen sein soll, so wird 1248 demselben Drama „angehört haben." Quae coniectura, me quidem iudice, non satis firmo nititur fundamento. Si revera ex aliqua tragoedia petita sunt, ad eandem sunt referenda ad quam vss. 1233 et 1237. Dramatis Bellerophontis nodus non fuit eventus oraculi.

Vs. 1250. ὦ στέφανε, χαίρων ἄπιθι, καί σ' ἄκων ἐγὼ
λείπω· σὲ δ' ἄλλος τις λαβὼν κεκτήσεται
κλέπτης μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.

Parodia Eur. Alc. vss. 179 sqq.

ὦ λέκτρον . . . .
χαῖρ'· οὐ γὰρ ἐχθαίρω σ' . . . . .
. . . . σὲ δ' ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται
σώφρων μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.

Cf. Troad. 451 sq.

Vs. 1253. Ἑλλάνιε Ζεῦ, σὸν τὸ νικητήριον.

Parodia an paratragoedia? Cf. Nauck. fr. adesp. 39.

Vs. 1256. sq. Ἀγοράκριτος·
ἐν τἀγορᾷ γὰρ κρινόμενος ἐβοσκόμην.

Rideri videtur tragicorum praesertim Euripidis mos nominum derivandorum. Vid. ad Thesm. 455, 1215 et fr. 324. Cf. v. Herw. ad Ion. 830 p. 179.

Vs. 1264. τί κάλλιον ἀρχομένοισιν κτέ.

E Pindaro. Fr. 66:

τί κάλλιον ἀρχομένοισιν ἢ καταπαυομένοισιν,
ἢ βαθύζωνόν τε Λατὼ καὶ θοᾶν ἵππων ἐλάτειραν ἀεῖσαι;

„Auch im folgenden herrscht noch der Pindarische Ton":
1270 καὶ γὰρ αὐτός, ὦ φίλ' Ἄπολλον, αἰεὶ πεινῇ θαλεροῖς δακρύ-
οισιν
σᾶς ἀπτόμενος φαρέτρας Πυθῶνι δίᾳ μὴ κακῶς πράττειν.

vgl. Pyth. VII 10 "Ἄπολλον, οἵ τεόν γε δόμον Πυθῶνι δίᾳ κτἑ." Ribbeck.

Vs. 1288. ὅστις οὖν τοιοῦτον ἄνδρα μὴ σφόδρα βδελύττεται,
οὔποτ' ἐκ ταὐτοῦ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίου.

Locos similes e tragoediis collegit Ribbeck, Ach. Anh. p. 320. Errare scholiastam qui hos quoque versus Eupolidi tribuit, recte statuit Kock. Ar. Ritter. Einl. p. 25.

Vs. 1290. ἦ πολλάκις ἐννυχίαισι
φροντίσι συγγεγένημαι
καὶ διεζήτηχ' κτἑ.

Schol. Εὐριπίδεια ἡ παρῳδία ἐξ Ἱππολύτου. Hipp. 375 dicit Phaedra:

ἤδη ποτ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ
θνητῶν ἐφρόντισ' ᾗ διέφθαρται βίος.

Lusit hisce versibus Aristophanes Ran. 931, sed Equitum locus tam longe ab Hipp. 375 distat ut imitationem appellare non ausim. Meineke: „Probabile est haec ad verbum „ex alio sive Euripidis sive alius poetae loco ab Eupolide esse „assumta, quemadmodum strophicos, qui illis respondent „versus e Pindari carmine sumtos esse constat Scholiastae „indicio."

Vs. 1299. ἴθ', ὦ ἄνα, πρὸς γονάτων.
e tragoedia petitum videtur, aut certe est paratragoedia.

Vs. 1302. οὐδὲ πυνθάνεσθε ταῦτ', ὦ παρθένοι, τἀν τῇ πόλει;

Schol. ὁ στίχος παρὰ τὰ ἐξ Ἀλκμαίωνος Εὐριπίδου. Fr. 67. Alcmeonem dicit qui a grammaticis ὁ διὰ Ψωφῖδος vocatur; alter Alcmeon nondum doctus erat. Cf. arg. Alc. et Schol. Ran. 67. Alloquitur aliquis chorum.

De fabulae argumento bene disputavit Welcker, Gr. trag.

II p. 575 sqq. Memorat Apollodorus, III 7. 5, bis Psophidem venisse Alcmeonem; veri autem est simile priorem commorationem descripsisse Euripidem, si enim iam antea ad Psophidis regem Phegeum devertisset Alcmeon, ei non opus fuisset narrare cur patriam reliquisset, fr. 69, 70.

Quid Sophoclei Alcmeonis argumentum fuerit enucleare difficile est; Euripidei fuit insania Alcmeonis et sanati matrimonium iunctum cum Phegei filia. Huc spectant comicus Timocles, Mein. III p. 593, qui multas Euripidis tragoedias in memoriam revocans (vid. ad Ach. 412) addit: *ὁ νοσῶν τι μανικὸν Ἀλκμέων ἐσκέψατο*, et Tatianus cuius verba afferunt N. et D.: *τί μοι συμβάλλεται πρὸς ὠφέλειαν ὁ κατὰ τὸν Εὐριπίδην μαινόμενος καὶ τὴν Ἀλκμαίωνος μητροκτονίαν ἀπαγγέλλων; ᾧ μηδὲ τὸ οἰκεῖον πρόσεστι σχῆμα, κέχηνε δὲ μέγα καὶ ξίφος περιφέρει καὶ κεκραγὼς πίμπραται καὶ φορεῖ στολὴν ἀπάνθρωπον.* Qui tamen locus non sanus est. Scripsit Tatianus, ni fallor, *ὁ κατὰ τὸν Εὐριπίδην μαινόμενος καὶ τὴν μητροκτονίαν ἀπαγγέλλων Ἀλκμαίων*, fr. 69. Quid sit *κεκραγὼς πίμπραται* nos docet Ennius, qui Euripideum drama Latine expressisse videtur, cuius verba affert Cicero, Ac. Quaest. II c. 28. Alcmeo a Furiis exagitatus, sibi videtur flammis excruciari et exclamat:

„*Unde haec flamma oritur!*"

et deinceps „cum virginis fidem implorat:

Fer mi auxilium; pestem abige a me
flammiferam hanc vim quae me excruciat."

Hinc revertamur ad Equites. Hartung in *Euripide restituto* I p. 190, non 1302 tantum sed etiam sequentes versus eiusdem Alcmeonis tragoedia parodiam esse opinatur. Neque temere, ut mihi videtur. Nulla enim excogitari potest causa cur Eupolis hunc unum versum cui nihil faceti neque acuti inest, suis inseruisset. Melius intelleguntur vss. 1302 sqq. si statuere licet in tragoedia virgines (chorum) disseruisse de fabulis urbis Psophidis, de matrimonio dico quod Alcmeo con-

tracturus erat, easque professas esse se infelici matrimonio viduam vitam anteferre. Verba 1306 ἥτις ἀνδρῶν ἄσσον οὐκ ἐληλύθει tragicum habent colorem. Cf. Iph. Aul. 291.

Vs. 1329. ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι.
Pindari verba. Vid. ad Ach. 637.

Vs. 1335. ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν
Paratragoedia, ut Nub. 110. Vid. ad vs. 611. Verbis ὅσα με δέδρακας ἀγάθ' ἀφεψήσας versu sequenti, et vsu 1322 respicit poeta factum Medeae quod memorat Aeschylus in Διονύσου τροφοῖς, fr. 49 N., 46 D.

Vs. 1378. ξυνερτικὸς γάρ ἐστι καὶ περαντικός. κτέ.
Vid. ad Nub. 744.

NUBES.

Vs. 30. ἀτὰρ τί χρέος ἔβα με;

Schol. Εὐριπίδης. τί χρέος ἔβα δῶμα; fr. 1000. Forma Dorica indicat hanc carminis chorici partem fuisse. De ἔβα c. acc. vid. Kock a. h. l. et Herc. fur. 530. „Χρέος apud tragicum: necessitas" (melius: *fatalis calamitas*) „in comico: aes alienum." Teuffel.

Vs. 41. εἴθ' ὤφελ' ἡ προμνήστρι' ἀπολέσθαι κακῶς.

Epica et tragica verborum compositio. Soph. El. 1021, Eur. Med. 1.

Vs. 106. ἀλλ' εἴ τι κήδει τῶν πατρῴων ἀλφίτων.

„Incessus verborum tragicus (ut Ach. 1028) ex improviso eluditur humili ἀλφίτων" Teuffel. Legitur κεἴ τινος κήδει πέρι Soph. Phil. 621 et εἴπερ τι τοῦ σαυτοῦ βίου κήδει Oed. Tyr. 1061; verbo tamen κήδεσθαι saepius ipse Aristophanes utitur, Eq. 1342, Nub. 1410.

Vs. 110. ἴθ', ἀντιβολῶ σ', ὦ φίλτατ' ἀνθρώπων ἐμοί.

„Ἀντιβ. et locus quem obtinet ἐμοὶ parodiam sapit. cf. „Soph. El. 1126; Aesch. Choeph. 1051, Suppl. 602." Teuffel. Rectius: Verbis ὦ—ἐμοί Aristophanes παρατραγῳδεῖ ut

Eq. 611, 1335. Ἀντιβολῶ etiam comicorum est, cf. Nub. 224, Plut. 444 et passim, neque numeri tragici sunt.

Vs. 138. *τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν.*

Schol. *λέλεκται δὲ αὐτὸ παρὰ τὸ Εὐριπίδειον, ὅπερ οὕτως ἔχει:*

τηλοῦ γὰρ οἴκων βίοτον ἐξιδρυσάμην.

Quod dubito num verum sit. Loco Euripidis *τηλοῦ οἴκων* est: *procul a domibus*, Aristophanis autem *τηλοῦ τῶν ἀγρῶν*: *procul* (ab urbe) *in agris, ruri*. Sonus tantum verborum similis est, differt constructio. At *τηλοῦ* est verbum epicum (composita adverbii *τῆλε, τηλαυγής, τηλεσκόπος, τηλεφανής* ap. Ar. non nisi in anapaestis, in carminibus choricis et in parodia leguntur) quod bis in Eur. legitur, hic et Cycl. 689. Habemus igitur parodiam sed cuiusnam loci non liquet.

Vs. 335. *ταῦτ' ἄρ' ἐποίουν ὑγρᾶν Νεφελᾶν στραπταίγλαν δάϊον*
[*ὁρμὰν κτέ.*

Ampullas dithyrambicorum ridet. Scholiasta: *αἰνίττεται εἰς τοὺς περὶ Κινησίαν καὶ Φιλόξενον καὶ Κλεομένη*, quem errasse monuerunt Mein. H. Cr. p. 89 et 228. Bergk. fr. Phil. 18. Cf. Ribbeck. Die par. b. d. Att. Kom. Zeitschr. f. d. Gymn. XVII p. 339.

Vs. 536. *γνώσεται γάρ, ἤνπερ ἴδῃ, τἀδελφοῦ τὸν βόστρυχον.*

Ex Aesch. Choeph. 168 sqq. Cf. Eur. El. 509 sqq.

Vs. 583. *βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς.*

Schol. *παρὰ τὰ ἐν Τεύκρῳ Σοφοκλέους:*

οὐρανοῦ δ' ἄπο

ἤστραψε, βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς.

fr. 517 N., 507 D.

Vs. 595. *ἀμφί μοι αὖτε, Φοῖβ' ἄναξ Δήλιε κτέ.*

Schol. *ἐκ τῶν Τερπάνδρου προοιμίων.* Bergk. fr. Terp. 2:

ἀμφί μοι αὖτε ἄναχθ' ἑκατηβόλον
ἀειδέτω φρήν.

Notissimum dithyramborum initium. Non igitur Terpandrum imitatus est Ar. sed τοὺς διθυραμβοποιούς. Similes aliorum poetarum locos attulit Kock. a. h. l., qui iure Bergkii coniecturam: ἀμφί μοι αὖ σέ, Φοῖβ' ἄναξ, probat. Ὑψικέρατα πέτραν legitur apud Pindarum, fr. 285. „Fortasse imitatur Aristophanes Nub. 596." Bergk.

Vs. 603. *Παρνασίαν θ' ὃς κατέχων*
πέτραν σὺν πεύκαις σελαγεῖ
Βάκχαις Δελφίσιν ἐμπρέπων,
κωμαστὴς Διόνυσος.

Schol. παρὰ τὸ Εὐριπίδειον:

Διόνυσος ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς
καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασὸν κάτα
πηδᾷ χορεύων παρθένοις σὺν Δελφίσιν.

Fr. Hypsipylae 752. Cf. Ran. 1211 sqq. Scholiastae gratias agimus quod fragmentum Euripidis servavit sed hunc locum Aristophanem imitatum esse nobis minime persuasit. Eodem i. e. nullo iure affirmes comicum expressisse Bacch. 306 sq. vel Ion. 716 sqq. Talibus enim verbis uti in promtu erat ubi gloria Bacchi esset celebranda.

Vs. 692. *οὔκουν δικαίως, ἥτις οὐ στρατεύεται;*

Respexisse Aristophanem versum Euripideum

οὔκουν (δικαίως;) εἴπερ εἴργασται τάδε;

Schol. Hom. Il. XIII 153, monet Cobet Mnem. Nov. Ser. IV 3 p. 280.

Vs. 718. *Φροῦδα τὰ χρήματα, φρούδη χροιά,*
φρούδη ψυχή, φρούδη δ' ἐμβάς.

Querelas παρῳδεῖ quales sunt Hecubae, Eur. Hec. 162:

Φροῦδος πρέσβυς, Φροῦδοι παῖδες.

et Pelei, Eur. Andr. 1078:

Φρούδη μὲν αὐδή, Φροῦδα δ' ἄρθρα μου κάτω.

Vs. 744. *κᾆτα τὴν γνώμην πάλιν κίνησον αὖθις αὐτὸ καὶ ζυγώθρισον.*

G. Hermann ap. Kock a. h. l. haec verba e tragoedia petita esse existimat, quae admodum incerta est coniectura. Socrates enim in hac comoedia passim verbis utitur in quotidiano sermone non usitatis, v. c. 223 *ὦ 'Φήμερε*, 761 *μὴ .... ἴλλε τὴν γνώμην ἀεί.* Alibi quaesitis verbis more rhetorum dicit vs. 728:

ἐξευρετέος γὰρ νοῦς ἀποστερητικός,

quae in maius auxit Strepsiades *γνώμην ἀποστερητρίδα* fingens. Risit tale loquendi genus Aristophanes Eq. 1378.

ξυνερτικὸς γάρ ἐστι καὶ περαντικός,
καὶ γνωμοτυπικὸς καὶ σαφὴς καὶ κρουστικός,
καταληπτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ.

Exempla congessit Kock a. h. l., quibus adde verba Socratis Xen. Mem. III 1. 6: *καὶ γὰρ παρασκευαστικὸν τῶν εἰς τὸν πόλεμον τὸν στρατηγὸν εἶναι χρὴ καὶ ποριστικὸν τῶν ἐπιτηδείων τοῖς στρατιώταις καὶ μηχανικὸν καὶ ἐργαστικὸν καὶ ἐπιμελῆ καὶ καρτερικὸν, ... καὶ Φυλακτικόν τε καὶ κλέπτην καὶ προετικόν. κτἑ.* Cf. ib. 4. 9, 11. Simili modo ludit Ar. Ach. 595 sqq. verbis *σπουδαρχίδης, στρατωνίδης, μισθαρχίδης*, de quibus vide Lobeckium ad Soph. Aiac. p. 390.

Vs. 891. *ἴθ' ὅποι χρῄζεις· πολὺ γὰρ μᾶλλόν σ'*
ἐν τοῖς πολλοῖσι λέγων ἀπολῶ.

Schol. *πάντα δὲ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου*

ἴθ' ὅποι χρῄζεις· οὐκ ἀπολοῦμαι
τῆς σῆς 'Ελένης οὕνεκα.

Fr. 721. Huic si adiungimus fr. 722, quod ad eandem

tragoediae scenam referendum videtur, efficias haec verba profecta esse ab Agamemnone cum fratre Menelao altercanti. Cf. Geelium in *comm. de Telepho* et Jahnium, *Teleph.* p. 22.

At scholii verba expendamus. Nondum explicatum est cur *πάντα* scripserit auctor, neque grammaticorum testimonia, quamvis caute iis utendum sit, temere sunt spernenda. Quis enim tam ineptus est ut *πάντα δὲ ἐκ Τηλέφου* scribat, cum nihil nisi tria vocabula *ἴθ' ὅποι χρῄζεις* inde derivata esse sciat. Voluit, opinor, auctor scholii in sequentibus quoque nonnulla e tragoedia manasse, et fortasse aliquid eiusmodi latet in vss. 925 sq.

> Ἀδ. *ὤμοι σοφίας* Δίκ. *ὤμοι μανίας*
> Ἀδ. *ἧς ἐμνήσθης.* Δίκ. *τῆς σῆς πόλεώς θ',*
> *ἥτις σε τρέφει.*

Cf. colloquium Andromachae et Hecubae Troad. 578 sqq. De verbis Aristophanis recte disputavit Kock, qui coniecit h. l. legendum esse:

> Ἀδ. *τῆς σῆς.* Δίκ. *πόλεως ἥτις σε τρέφει.*

Praeterea non neglegendi sunt vss. 920 sqq.:

> Δίκ. *σὺ δέ γ' εὖ πράττεις*
> *καίτοι πρότερόν γ' ἐπτώχευες*
> Τήλεφος *εἶναι* Μυσὸς *φάσκων*,

quorum haec sententia est: Non semper ita prosper eras; antea eras egenus, cum sub Telephi nomine prodibas. Agnosco te; idem es qui antea te regem Mysorum esse profitebaris.

Qui autem fit ut Iustus Telephum redivivum sibi videatur audire? Ni fallor quia etiam Telephus multas sophistarum argutias protulerat et huius et *τοῦ ἀδίκου* placita inter se consentiebant vel potius consentire videbantur Aristophani, qui in iudicando saepe *τῷ ἀδίκῳ λόγῳ* uti maluit quam *τῷ δικαίῳ*.

Vs. 1154. βοάσομαι τἄρα τὰν ὑπέρτονον
βοάν. ἰὼ, κλάετ' ὠβολοστάται.

Schol. παρὰ τὰ ἐκ Πηλέως Εὐριπίδου. ἐπιφέρει γὰρ
ἰὼ, πύλαισιν ἤ τις ἐν δόμοις.

Cod. Ven. pro Εὐριπίδου habet Σοφοκλέους. An iure non liquet. Fr. Soph. 442 N., 448 D. et fr. Eur. 625. Phrynichum in Satyris eundem imitatum esse versum docet Scholiasta.

Vs. 1159. οἷος ἐμοὶ τρέφεται
τοῖσδ' ἐνὶ δώμασι παῖς,
ἀμφήκει γλώττῃ λάμπων,
πρόβολος ἐμὸς, σωτὴρ δόμοις, ἐχθροῖς βλάβη,
λυσανίας πατρῴων μεγάλων κακῶν·
ὃν κάλεσον τρέχων ἔνδοθεν ὡς ἐμέ.

Dictiones a comoedia alienas, tragicum dicendi genus ac metrum nemo non agnoscit. Iam δώμασι vs. 1160, magis etiam sequentes versus tragoediam spirant praeter unum vocabulum γλώττῃ quod παρὰ προσδοκίαν post ἀμφήκει legitur, quam ob causam vss. 1060 et 1062 non παρατραγῳδεῖν sed παρῳδεῖν poetam iure coniciunt viri docti. 'Αμφήκει χαλκῷ scripsisse tragicum coniecit Enger. Undenam versus sumti sint nescimus. Tacent scholiastae. Non certe audiendum est recentiorum codicum scholion: πρὸς δὲ τὴν ὀνοματοποιίαν τὸν Σοφοκλέα μυκτηρίζει λέγοντα

Ζεὺς νόστον ἄγοι τὸν νικομάχαν
καὶ πανσανίαν καὶ ἀτρείδαν.

Verba corrupta, cf. fr. 801 N., 765 D.

Vs. 1165. ὦ τέκνον, ὦ παῖ, ἔξελθ' οἴκων
ἄϊε σοῦ πατρός,

Parodia Eur. Hec. 172 sqq.

. . . . ὦ τέκνον, ὦ παῖ,
. . . . ἔξελθ'
ἔξελθ' οἴκων· ἄιε ματέρος
αὐδάν.

Quae cum verba sint Hecubae filiam Polyxenam vocantis, vss 1165, 1166 patri Strepsiadi potius dandae sunt (Hermann, Teuffel, Kock.) quam Socrati (Dind.). Cum ἰὼ ἰὼ τέκνον conferatur exclamatio Hecubae vs. 181.

Vs. 1167. ὅδ' ἐκεῖνος ἀνήρ.

Tragici cuiuspiam verba esse iudicavit Hermann collato Oed. Col. 138. Additum vocabulum ἀνὴρ post ὅδ' ἐκεῖνος non est e consuetudine vitae quotidianae.

Vs. 1264. ὦ σκληρὲ δαῖμον, ὦ τύχαι θραυσάντυγες
ἵππων ἐμῶν· ὦ Παλλάς, ὥς μ' ἀπώλεσας.

Schol. Rav. et Ven. Ταῦτα Ξενοκλέους ἐστὶν ἐκ τοῦ Λικυμνίου. λέγεται δὲ ὑπ' Ἀλκμήνης Λικύμνιον τεθνηκέναι ὑπὸ Τληπολέμου. Cf. Nauck. p. 597. Tlepolemum imprudentem baculo Licymnium, fratrem Alcmenae, interfecisse testes sunt Hom. Il. II 662, Pind. Ol. VII 27 sqq. Apoll. II 4. 5, 4 et 8. 2, 2.

Si huius scholii testimonio fides habenda est, neque θραυσάντυγες neque ἵππων a tragico profectum est. Pro ἵππων Kock δόμων eum scripsisse suspicatur. Εὐφρόνιος, sic pergit idem Scholiasta, παρὰ Ξενοκλεῖ φησιν εἶναι τὸ χρυσάμπυκες (χρυσάμπυχες Ven.), ἐξ οὗ παραπεποιῆσθαι τὸ θραυσάντυγες. Verum quid sint τύχαι χρυσάμπυκες nemo, opinor, facile docebit neque quid ἄμπυκες cum Licymnii morte habeant commune.

Aliam ingressus est viam Hermann in ed. Nub. Quae narrat Scholiasta de Licymnio ficta existimat et falsa, eique videntur vss. 1264 et 1265 ex aliqua tragoedia desumti esse „in qua ita clamitabat aliquis cui currus per Tlepolemi vel

„dolosam vel inconsideratam aurigationem esset confractus." Praeterea pro *χρυσάμπυκες* Euphronium *χρυσάντυγες* dedisse suspicatur. At neque ita dispelluntur tenebrae; quid enim sit *τύχαι χρυσάντυγες* non satis assequor. Ad verba *ὦ Παλλάς, ὥς μ' ἀπώλεσας* Schol. Ald.: *Εὐφρόνιος δέ φησι, τὸ ὦ Παλλὰς κτέ. Ξενοκλέους εἶναι ἐκ τοῦ Λικυμνίου.* Missis variis Scholiastarum coniecturis de Sophoclis tragoedia, de Tlepolemo histrione vel poeta, verisimile duco vss. 1264 et 1265 e Xenoclis tragoedia petitos esse, sed quid scripserit parum constat. Neque deest gravitas tragica verbis Amyniae vss. 1259 *ἰώ μοί μοι. ἔα.* et 1262

τίδ'; ὅστις εἰμὶ, τοῦτο βούλεσθ' εἰδέναι;

Ad *ἵππους ἐλαύνων* vs. 1272 Schol. recentiorum codicum: *καὶ τοῦτο ἐκ παρῳδίας.* Non patet an iure.

Vs. 1371 sq. vid. ad Ran. 850.

Vs. 1397. *ὦ καινῶν ἐπῶν κινητὰ καὶ μοχλευτά.*

In Eur. Medea, vs. 1317, ubi iubet Jason valvas sibi aperiri, exclamat Medea: *τί τάσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις πύλας;* Haec cum Aristophanis loco parum consentiunt sed Porsono videtur non ab initio *πύλας* scripsisse Euripidem. Legitur enim in dramate Christo patiente vs. 436:

τί τούσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγους;

et idem fere vs. 120, et in Heliodori Aethiopicis I p. 15 (cf. Greg. Cor. ed. Schaefer, p. 203) „Cnemon de fortunis „suis a Theagene et Chariclea importune interrogatus, excla„mat *τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις;*" Praeterea Bast, Greg. Cor. l.l. annotat „Verba *τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις* legi „etiam in scriptione nondum edita, quae epigraphen habet „*Τιμαρίων*, jam monui in Lettre Critique p. 147. (p. 184 ed. Lat.)" Duobus prioribus locis allatis sic pergit Porson: Ve„rum rem esse omni admiratione dignissimam fateamur ne-

„cesse est, si duo homines tam dispares ingenii, quam fue-„runt Heliodorus et Pseudo-Gregorius iisdem tragici verbis „in eandem parodiam abuterentur." ..... „Quare existimo, „Euripidem primo scripsisse quod in margine posui (i. e. „λόγους); deinde, ab Aristophane propter duriorem metaphoram „in scena traductum vulgatam lectionem substituisse ut su-„pra 300."

At haec summi viri coniectura non tollitur difficultas sed in alium locum transfertur. Vocabulum λόγους Medeae orationi tam parum aptum est ut mihi persuadere nequeam Euripidem ita scripsisse, nisi statuamus eum totum locum inde a vs. 1306 mutavisse ut τῷ λόγους verbum πύλας substitueret, quod non verisimile est.

Weil ad Med. 1317, in *Sept tragedies d'Euripide*: „Ces „deux vers, celui du tragique et du comique semblent s'être „confondu dans la mémoire des Grecs. C'est ainsi seulement „qu'on peut expliquer que l'auteur du Chr. Pat. ait écrit „dans son centon τί—λόγους." Habet talis solutio quo se commendet. At non satis video qui factum sit ut Graeci cum tragicis verbis τί—πύλας locum tam disparem καινῶν ἐπῶν (in duobus quos inspexit Porson codicibus: λόγων) κινητὰ καὶ μοχλευτά confuderint et ita permiscuerint ut in codice Ps-Gregorii pro πύλας, λόγους scriberetur.

Quid igitur censendum sit me nescire fateor. Hoc unum tenendum est errare qui putent Aristophanem hoc loco Euripidis dictionem reprehendisse. Sic Doering in Philologo, 1867 p. 224, de Med. 1317, τί—πύλας: „An dieser unge-„wöhnlichen und gesuchten phrase nam Ar. anstoss und zog „das auffallende derselben böshaft ins lächerliche, indem er „den sophistisch gebildeten Phidippides einen worthervor-„hebler nennt, in deutlicher anspielung auf Euripides, „der ..... Medea sagen lässt: was bewegst und hubelst du „auf diese thür?" Verum ἀναμοχλεύειν πύλας omnino nihil

habet quod miremur; θύρας μοχλεύειν, *iannas vecte tentare*, legitur in fr. Antiphanis ap. Ath. VI c. 35 et ἀναμοχλεύειν, *vecte effringere*, legitime formatum est ut ἀνοιγνύναι, ἀναρρηγνύναι cet.

Vs. 1415. κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς;

Parodia Eur. Alc. 691

χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς;

Eadem constructio invenitur Hec. 1256

ἀλγεῖς· τί δ', ἡμᾶς παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς;

Cf. Thesm. 194. Aristophanem scripsisse πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς προσήκειν ob metri rationem coniecit v. Herw. in Anal. Crit. p. 51; ob eandem causam Cobet δοκεῖς σὺ χρῆναι.

Vs. 1468. ναὶ ναί, καταιδέσθητι πατρῷον Δία.

Parodiam ostendit mensura tragica. Cf. Porsonum ad Med. 1314, Kockium a. h. l. et Nauckium, fr. adesp. 40.

VESPAE.

Vs. 111. τοιαῦτ' ἀλύει· νουθετούμενος δ' ἀεὶ
μᾶλλον πιέζει.

Schol. παρὰ τὰ Εὐριπίδου ἐκ Σθενεβοίας
τοιαῦτ' ἀλύει νουθετούμενος Ἔρως.

Scripsit Euripides ut ex Ar. et Plut. de adul. et amico c. 32 apparet:

τοιαῦτ' ἀλύει· νουθετούμενος δ' Ἔρως
μᾶλλον πιέζει.

Cf. fr. 668. De ἀλύειν Blomfield ad Aesch. Sept. 387.

Vs. 180. τί στένεις εἰ μὴ φέρεις
Ὀδυσσέα τιν';

Fata Ulyssis spectat quae narrantur Od. IX 447 sqq.

Vs. 220. μέλη ἀρχαιομελισιδωνοφρυνιχήρατα.

Respicit Phrynichi Phoenissas. Cf. Nauck. p. 560 et Vesp. 269.

Vs. 305. ἔχεις ἐλ-
πίδα χρηστήν τινα νῷν ἢ πόρον Ἕλλας ἱρὸν εἰπεῖν;

Schol. ἐπήνεγκε δὲ παρὰ τὸ Πινδαρικὸν τὸ Ἕλλας ἱερὸν,
πανδείμαντοι μὲν ὑπὲρ πόντιον Ἕλλας πόρον ἱερόν.

de quibus vid. Bergkium, fr. Pind. 190. Videntur praeterea verba ἔχεις—πόρον εἰπεῖν non ipsorum esse puerorum sed alicuius tragici. Substantivo πόρος eodem modo utitur Aeschylus et saepissime Euripides. (Una cum ἐλπίς occurrit Herc. fur. 80 νῦν οὖν τίν' ἐλπίδ' ἢ πόρον σωτηρίας | ἐξευμαρίζεις;) Non temere, opinor, conicias verba allata ex eadem tragoedia derivata esse ex qua vs. 312 sqq., e Theseo dico, et profecta esse a pueris, Thesei comitibus, de salute paene desperantibus; porro Ἕλλας ἱρόν natum esse ex aliquo adiectivo vel substantivo quod cum πόρον coniunctum esset ita ut sententia evaderet „*viam salutis, effugii,*" et ab Aristophane παρὰ προσδοκίαν in Pindari Ἕλλας ἱρόν detortum sit.

Nisi tale quid accidit comici iocus perineptus est atque insulsus.

Vs. 312. Π. τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες;
Χ. ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς.
Π. ἀνόνητον ἄρ' ὦ θυλάκιόν σ' εἶχον ἄγαλμα.
ἔη.
πάρα νῷν στενάζειν.

Ad vs. 313 πράγματα βόσκειν Schol. Ὁ λόγος ἐκ Θησέως Εὐριπίδου. ἐκεῖ γὰρ ταῦτα λέγουσιν οἱ ταττόμενοι παῖδες εἰς βορὰν τῷ Μινωταύρῳ.

Vix credo. Verba ἵν'—παρέχῃς patris sunt (Cob. Var. Lect. p. 17), minime tragica sed e vitae quotidianae consuetudine, quae quo tandem modo a pueris, quos Minotaurus devoraturus esset, proferri potuerint, non video. Pertinet sine dubio Scholion ad praecedentem versum τί—ἔτικτες. Eiusdem tragoedia parodia inest versui 314. Schol. sic pergit: τὸ δὲ ἑξῆς, τὸ ἀνόνητον ἄρα, Ἱππόλυτός ἐστιν ὁ λέγων ἐκεῖ „ἀνόνητον ἄγαλμα, πάτερ, οἴκοισι τεκών." Loquitur igitur puer, et hoc loco versum 314 puero reddendum esse querenti quod sibi saccus

nihil sit nisi inanis imago, iam vidit Florens Christianus. Quod sequitur ἰή κτἑ. ceterorum est puerorum.

Si scholiastae fidem habemus, puer, qui in dramate Theseo loquebatur, Hippolytus erat. At hoc verum esse nequit. Non sine causa Ribbeck p. 299 „Wie nun dabei in diesem Drama „auch Hippolyt hat vorkommen können ist wunderbar ge„nug", sed nimis dubitanter addit: „War H. wirklich dem „Mythos zuwider eine Person des Stücks, so" .... cet. Mutaverit sane mythos Euripides et ad suum adaptaverit usum, non tamen adduci possum ut credam ita sanae mentis expertem fuisse poetam ut Theseum fingeret, cum pueris puellisque in Cretam missum, non adolescentem sed patrem cum filio Hippolyto iter facientem, neque, quamquam argumentum e silentio nimis urgere nolo, praetermittendum est Plutarchum, qui in vita Thesei omnes de huius in Cretam adventu narrationes enumerat et tragoediam Euripideam noverat, c. XV, de Hippolyto Thesei comite nihil prorsus referre. Itaque Hippolyti nomen Scholiastae quam ipso tragico tribuere malim. Fraudem ei fecit πάτερ, quae exclamatio fuit pueri cum Theseo colloquentis et absentem patrem invocantis.

Vs. 317—330. φίλοι τήκομαι μὲν
πάλαι διὰ τῆς ὀπῆς
ὑμῶν ὑπακούων (v. Herw. ἐπ' ἀκούων) κτέ.

Partibus lyricis in comoedia utrum parodia insit necne diiudicare perdifficile est. Ubi tacent scholia tutius est temerarias coniecturas non tentare. Extant tamen nonnumquam indicia, levia fortasse nec tamen neglegenda. Cum v. c. incipit poeta verbis pondus habentibus et subito a via deflectens alia subiungit quae risum movere possint, non longe a via aberramus, opinor, coniicientes aliquid subesse parodiae, et fragmenta tragoediae ibi latere quae consulto comicus mu-

tilaverit. Quae tamen ut e latebris in lucem proferantur plerumque fieri nequit nisi sedulo nos doceat scholiasta.

Exemplo sit carmen Mnesilochi, Thesm. 1015 sqq., Andromedae partes agentis. Apud Euripidem queritur Andromeda:

φίλαι παρθένοι, φίλαι μοι . . . . .

sequentia detorquet Aristophanes in

πῶς ἂν ἀπέλθοιμι καὶ
τὸν Σκύθην λάθοιμι;

Echo orat Andromeda ut tacere velit:

προσαυδῶ σὲ τὰν ἐν ἄντροις
ἀπόπαυσον ἔασον Ἀ
χοῖ με σὺν φίλαισιν
γόου πόθον λαβεῖν.

Mnesilochus petit:

ἔασον ὡς
τὴν γυναῖκά μ' ἐλθεῖν.

Andromeda ingens in quo versatur periculum componens cum laeta quam degerat vita lamentatur:

ὁρᾷς ἔμ'· οὐ χοροῖσιν κτέ.

Mnesilochus, germanus civis Atheniensis, urnam iudiciariam in deliciis habet et παρὰ προσδοκίαν addit:

κημὸν . . . . ἕστηκ' ἔχουσ'.

Plura afferre exempla nihil attinet. Verum si scenam Thesmophoriazusarum cum Philocleonis carmine comparamus, in promtu est suspicari hoc quoque e versibus tragici cuiusdam et Aristophanis contextum esse. Attamen quae tragoedia debeamus non nisi adumbrare possumus. Versus 317 sqq. φίλοι τήκομαι μὲν κτέ. et 319 sqq. τηροῦμαι δ' κτέ. initio graves et tristes sed mox in iocum desinentes, utrum παρατραγῳδῶν an παρῳδῶν scripserit Ar. decernere non ausim. Tragoediam vel tragoedias poetae animo obversatas esse aliquanto luculentius fit vss. 323 sqq. Ter Philocleon magnificis verbis Iovem implorat, ter abiecto cothurno soccus induitur.

323 ἀλλ', ὦ Ζεῦ Ζεῦ, μέγα βροντήσας
ἤ με ποίησον καπνὸν ἐξαίφνης,
327 τόλμησον, ἄναξ, χαρίσασθαί μοι,
πάθος οἰκτείρας.

Simili modo precantur in tragoedia, v. c. Aesch. Suppl. 780 sqq. μέλας γενοίμαν καπνὸς νέφεσι γειτονῶν Διός. κτέ.

328. ἤ με κεραυνῷ διατινθαλέῳ
σπόδισον.

Sic Io, Prom. 582 orat: πυρί με φλέξον, ἢ χθονὶ κάλυψον ἢ ποντίοις δάκεσι δὸς βοράν, | μηδέ μοι φθονήσῃς | εὐγμάτων ἄναξ.

Et Hercules, Trach. 1086: ὦ Διὸς ἀκτὶς, παῖσον. | ἔνσεισον, ὦναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος, | πάτερ, κεραυνοῦ.

Verbo σποδίζειν consulto utitur Ar. ut Philocleon de se veluti de pisciculo asso loqui appareat, qui εἰς ἐξάλμην θερμὴν ἐμβάλλεται, quae si legimus, oritur suspicio poetam preces traducere miseri alicuius hominis tragici, qui, quemadmodum Io orat ποντίοις δάκεσι δὸς βοράν, εἰς ἅλμην proici malit quam miseria tabescere.

332. ἢ δῆτα λίθον με ποίησον.

Herc. fur. 1397 Hercules exclamat: αὐτοῦ γενοίμην πέτρος ἀμνήμων κακῶν.

Sed longius progredi licet. Nonnullos enim allatorum versuum Vesparum revera parodiam exhibere verisimile fit ex alius comici fragmento. Extat ap. Ath. VIII c. 27, p. 342, Mein. III p. 530 fragmentum Axionici, cuius altera pars intellegi nequit, altera satis sana est. Sermo est de pisce et rogat aliquis:

τίνα τῷδ' ἐνέπω τὴν σκευασίαν;
πότερον χλωρῷ τρίμματι βρέξας,
ἢ τῆς ἀγρίας
ἅλμης νάμασι σῶμα λιπάνας,
πυρὶ παμφλέκτῳ παραδώσω; κτέ.

Cum huic Axionici comoediae titulus sit *Phileuripides*, re-

risimile est ab ipso Euripidis laudatore haec prolata esse et parodiam continere versuum Euripideorum. Attamen de piscibus coctis vel assis tragicus certe non egit, sed, ut mihi videtur, loquentem fecit hominem mortem vitae aerumnosae anteferentem et aut *ἀγρίας ἅλμης νάμχτι* se tradere aut fulminis *πυρὶ παμφλέκτῳ* se percuti cupientem. Similem, fortasse eundem atque Ar. locum imitatus est Axionicus.

Eiusmodi parodiam poetis inprimis mediae et novae comoediae vehementer placuisse apparet e permultis locis ubi tragicis verbis utuntur in cibis describendis. Cf. quae scripsit *Antiphanes*, Mein. III p. 3, 55, 125; *Anaxandrides* ib. p. 174; *Eubulus* ib. p. 236, 242; *Xenarchus* ib. p. 614; *Philemon* ib. IV p. 26; *Epinicus* ib. p. 505; *Nausicrates* ib. p. 575. Paulo aliter se habet parodia *Atheniconis* ib. IV p. 557 sqq. Notissimus est locus Aeschylus Prom. 437—506, ubi gloriatur Prometheus se homines scientias artesque docuisse; cuius vestigia ingressi sunt Euripides in Palamede fr. 582, cf. fr. adesp. N. 393; Critias in Sisypho, N. fr. Crit. 1; Moschion, N. fr. Mosch. 7. Similia autem leguntur in fragmento Atheniconis l. l., qui non Prometheo neque alicui deo sed coquis omnia quibus fruuntur homines bona tribuit:

οὐκ οἶσθ' ὅτι πάντων ἡ μαγειρικὴ τέχνη
πρὸς εὐσέβειαν πλεῖστα προσενήνεχθ' ὅλως;

et deinde

τοῦ θηριώδους καὶ παρασπόνδου βίου
ἡμᾶς γὰρ ἀπολύσασα καὶ τῆς δυσχεροῦς
ἀλληλοφαγίας, ἤγαγ' εἰς τάξιν τινά, κτέ.

Vs. 338. *τοῦ δ' ἕφεξιν;*

Schol. *παρὰ δὲ τοῖς τραγικοῖς ἕφεξις ἡ πρόφασις.* In superstitibus tragoediis non occurrit sed Hesych. *ἕφεξιν· χάριν, ἕνεκα, κώλυσιν, ἡ πρόφασιν* et *ἕφεξις· χάριν, ἕνεκα, ἐποχὴν, πρόφασιν Εὐριπίδης Πειρίθῳ, ἔπεξις* (?)

Vs. 713. καὶ τὸ ξίφος οὐ δύναμαι κατέχειν ἀλλ' ἤδη μαλθα-
[κός εἰμι.

Vid. ad. Lys. 155.

Vs. 729. πιθοῦ πιθοῦ λόγοισι, μηδ' ἄφρων γένῃ,
μηδ' ἀτενὴς ἄγαν ἀτεράμων τ' ἀνήρ. κτέ.

Numeri vss. 730, 733, 735 et antistr. 744, 747, 749 tragici sunt. I. Richter a. h. l.: „Aperte propter ἄφρων, ἀτενής, ἀτεράμων tragicum aliquem tangi credo vel ipsissima alicuius verba repeti." At in carminibus choricis saepius talia inveniuntur; de ἀτεράμων vid. Ach. 181.

Vs. 750. μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ.
κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν
ἵν' ὁ κήρυξ φησί κτέ.

Schol. Ven. (si modo Dindorfii annotationem recte intellego) κείνων ἔραμαι: Ἐξ Ἱππολύτου Εὐρ. Valck. ad Hipp. 230: „Haec (κείνων—γενοίμαν) nusquam inveniuntur in Hippolyti „quam legimus editione correcta; similia quaedam in Alc. v. „866, sed Phaedrae congruunt et hoc in loco primae forsan „editionis fuerant posita: κείνων ἔραμαι, | κεῖθι γενοίμαν, ἐν σαῖς „δαπέδοις | πώλους Ἐνέτας δαμαλιζομένα."

Verum non probabile est Aristophanem priorem editionem citasse cum in eius loco iam diu ante (Hipp. II Ol. 87, 2; Vespae Ol. 89, 2) altera successisset, quae versus non minus parodiae aptos praeberet.

Porson de priore Hippolyto non cogitandum esse censet sed vss. 215 sqq. nostri Hippolyti legendum esse: πέμπετέ μ' εἰς ὄρος· εἶμι πρὸς ὕλαν | καὶ παρὰ πεύκας. | κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν, | ἵνα θηροφόνοι στείβουσι κύνες.

At tali coniectura, me quidem iudice, non opus est. Ut πάθος tragoediae in memoriam revocaret et sublimibus humilibus componendis cachinnum moveret, non necesse erat Aris-

tophani ipsa Phaedrae verba suis inserere. Satis erat fingere quae sono tragicis similia essent, quaeque eodem metro eodemque gestu atque in tragoedia recitarentur. Neminem enim auditorum, quibus nobilissimum illud *πρὸς θεῶν ἔραμαι κτέ.* notissimum erat, fugere poterat similitudo simulac *κείνων ἔραμαι* audiret et *κεῖθι γενοίμαν* componeret cum *εἴθε γενοίμαν* Hipp. 230, aut. *ἵν' ὁ κήρυξ φησὶ, τίς ἀψήφιστος;* cum *ἵνα θηροφόνοι στείβουσι κύνες* Hipp. 216. Fortasse etiam verborum Admeti in scribendo meminerat, Alc. 866

ζηλῶ φθιμένους, κείνων ἔραμαι,
κεῖν' ἐπιθυμῶ δώματα ναίειν.

Vs. 757. *πάρες, ὦ σκιερά.*

Fr. 310. Schol. *παρὰ τὰ ἐκ Βελλεροφόντου παίζει ταῦτα·*

πάρες, ὦ σκιερὰ φυλλάς, ὑπερβῶ
κρηναῖα νάπη· τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς
αἰθέρ' ἰδέσθαι σπεύδω, τίν' ἔχει
στάσιν Εἰνοδία.

Ad idem Bellerophontis carmen pertinere videtur quo *ἴθι κτέ.* quod imitatus est Ar. Pac. 154. Suspicor etiam vs. 756 *σπεῦδ' ὦ ψυχή* (cf. Ach. 483) et quod intellegi nequit *ποῦ μοι ψυχή;* mutila esse fragmenta alicuius tragici versus.

Vs. 762. *τοῦτο δὲ*
ᾍδης διακρινεῖ πρότερον ἢ 'γὼ πείσομαι.

Schol. *ἐν Κρήσσαις Εὐριπίδου ὁ Ἀτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην: κρινεῖ ταῦτα.* Supplendum esse *ᾍδης* docuerunt Toup et Nauck fr. 468. Cressas et Thyestem idem esse drama post Valck. censuit Welcker, Gr. Trag. II p. 676 sqq. cui videtur idem argumentum tractasse Euripides ac Sophocles in Atreo ib. I p. 367. In quo dramate Atreus uxorem Aeropen morte multavit, fr. Soph. 144.

Vs. 997. οὐδέν εἰμ' ἄρα.

Vid. ad. Eq. 1243. Confert Bergler Andr. 1077 ubi chorus: ἔπαιρε σαυτόν, ut 996, et Peleus: οὐδέν εἰμ', ἀπωλόμην. Qua tamen comparatione non cogimur cum Ribbeckio, Ach. Anh. p. 288, hunc locum imitatum esse poetam statuere. Occurrunt talia passim in tragoedia v. c. Ion. 727, Alc. 250, Andr. 717, Heracl. 635, Hel. 1194. Imitatur igitur Aristophanes tragicum loquendi usum, non, opinor, alicuius tragoediae versum.

Vs. 1060. ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι κτέ.

Schol. παρὰ τὸ: πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Cf. Plut. 1002, 1075.

Vs. 1063. πρίν ποτ' ἦν, πρὶν ταῦτα· νῦν δ'
οἴχεται κτέ.

Schol. ad 1063. Δίδυμός φησιν ὡς παρῴδησε ταῦτα ἐκ τῶν Τιμοκρέοντος τοῦ Ῥοδίου. Bergk. fr. 7. p. 1204.

Vs. 1074. ῥᾳδίως ἐγὼ διδάξω, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

Schol. ὁ στίχος Εὐριπίδου ἐκ Σθενεβοίας. Fr. 666:

ποιητὴν δ' ἄρα
Ἔρως διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

Plut. Symp. Quaest. I c. 5. p. 622 non ποιητήν legitur sed μουσικήν et ut diiudicemus quodnam verbum scripserit Euripides inprimis hic locus Plutarchi inspiciendus est, quia non in transitu neque obiter hic versum tragici tangit sed consulto et sedulo de eo disputat. Rogatur enim:

Πῶς εἴρηται τὸ
Μουσικὴν (Pors. μουσικὸν) δ' ἄρα
Ἔρως διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν,

et sequitur hac de re copiosa disputatio. Dubito tamen num revera μουσικήν scripserit Plutarchus. Verba enim in fine cap.

1: *μάλιστα — οἷος ὁ ποιητικός ἐστιν*, et inprimis totius disputationis conclusio: *οὐδὲν οὖν ἄτοπον οὐδὲ θαυμαστὸν εἰ πάσας, ὅσαι μουσικῆς εἰσιν ἀρχαὶ, περιέχων ὁ ἔρως ἐν αὑτῷ καὶ συνειληφὼς ..... τά τ' ἄλλα φιλόπονός ἐστι καὶ λάλος, εἴς τε ποίησιν μελῶν καὶ μέτρων ὡς οὐδὲν ἄλλο πάθος ἐπίφορος καὶ κατάντης*, argumento sunt non *μουσικήν* sed *ποιητήν* in Plutarcho genuinum esse. Accedit ut Plut. Amat. c. 17 p. 762*b* verba *καίπερ ὢν κτέ.* e loco Symp. excerpta sint, eum saltem respiciant, ibique legatur *ποιητής*. Symp. l. l. lectio *μουσικήν* fluxit fortasse e cap. 2. in quo multum *περὶ μουσικῆς* disputatur.

Euripidem *ποιητήν* scripsisse docet praeterea Plato, Symp. p. 196 e.

Fragmento Stheneboeae persimile est fr. Telephi 709 *χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν*. Utriusque loci meminerat Menander cum in *Καρχηδονίῳ*, Mein. IV 146, scriberet: *χρεία διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ, σοφόν*.

Vs. 1081. *ξὺν δόρει ξὺν ἀσπίδι.*

Schol. ad 1081 *τὸ τοῦ Ἀχαιοῦ ἀπὸ Μώμου δράματος*. Schol. Pac. 357 affertur versus integer: *Ἄρης ὁ λῃστὴς σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι.* Nauck, fr. p. 584. Dind. cum Choerobosco Sophoclis esse iudicat, fr. 374*b*.

Vs. 1160. *ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ καττύματα.*

Parodia vs. Eur. Heracl. 1006

ἐχθροῦ λέοντος δυσμενῆ βλαστήματα.

Unde apparet falli Boeckhium ap. Bernhard. II 2 p. 484, qui Heraclidas Ol. 90, 3 doctas esse censuit. Vespae enim Ol. 89,2 doctae sunt, Bernh. l.l. p. 654.

Vs. 1226. *οὐδεὶς πώποτ' ἀνὴρ ἔγεντ' Ἀθήναις.*

E Scolio in Harm. et Aristog. Bergk. Scol. 13. Cf. Ach. 1091, Lys. 632.

Vs. 1234. ὤνθρωφ' οὗτος ὁ μαιόμενος τὸ μέγα κράτος,
ἀντρέψεις ἔτι τὰν πόλιν· ἁ δ' ἔχεται ῥοπᾶς.

Schol. παρὰ τὰ Ἀλκαίου: ὤνηρ οὗτος κτέ. Bgk. fr. 25.

Vs. 1239. τί δ', ὅταν Θέωρος — ᾄδῃ
Ἀδμήτου λόγον, ὦταῖρε, μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει,

Schol. καὶ τοῦτο ἀρχὴ σκολίου. Sequitur: τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις.

Bergk. Scol. Praxillae 3, p. 1225 et 1293. Subiungit: „conicias etiam alterum scolium quod huic apud Aristopha- „nem subicitur, item ex Praxillae carminibus petitum esse:

οὐκ ἔστιν ἀλωπεκίζειν
οὐδ' ἀμφοτέροισι γίγνεσθαι φίλον."

Cf. fr. Ar. 377. Ribb. Zeitschr. f. d. Gymn. XVII p. 323.

Vs. 1245. χρήματα καὶ βίον Κλειταγόρᾳ τε κἀμοὶ μετὰ Θετταλῶν.

Schol. Κλειταγόρας μέλος λέγουσι τὸ εἰς αὐτὴν Κλειταγόραν. Bergk. Scol. 19, p. 1295, qui: „Clitagora an revera poesi operam navaverit prorsus incertum, hoc certe scolium non est ab ea profectum." Cf. Lys. 1237 Ribb. l. l. p. 325.

Vs. 1297. τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ; παῖδα γὰρ κἂν ᾖ γέρων
καλεῖν δίκαιον ὅστις ἂν πληγὰς λάβῃ.

Similis extat locus Thesm. 582, ubi chorus:

τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ; παῖδα γάρ σ' εἰκὸς καλεῖν
ἕως ἂν οὕτως τὰς γνάθους ψιλὰς ἔχῃς.

Recte Fritsche ad Thesm.: „et verba et gravitas orationis et dicti illius ὦ παῖ, παῖδα γάρ acumen manifesto demonstrat, Euripidei cuiusdam loci parodiam hic inveniri." Similiter Andr. 56 ancilla: δέσποιν', ἐγώ τοι τοὔνομ' οὐ φεύγω τόδε | καλεῖν σε.

et vs. 64 Andromache: *ὦ φιλτάτη σύνδουλε, σύνδουλος γὰρ εἶ | τῇ πρόσθ' ἀνάσσῃ τῇδε.* Cf. Hel. 1193.

Vs. 1326. *ἄνεχε, πάρεχε.*

Schol. Rav. *ἐκ Τρῳάδων Εὐριπίδου* (ubi legitur vs. 308: *ἄνεχε, πάρεχε, φῶς φέρε· σέβω φλέγω.*) Alii contra: *ὑστερεῖ ἡ τῶν Τρῳάδων κάθεσις ἔτεσι ἑπτά,* quod verum est. Nam Vespae actae sunt Ol. 89,2, Troades teste Aeliano, V. H. II 8, Ol. 91 et, ut docet schol. Av. 842, brevi ante Aves Aristophanis. Hic enim mentio fit Palamedis Euripidis *οὐ πρὸ πολλοῦ δεδιδαγμένου,* quam tragoediam una cum Troadibus doctam esse Aelianus l. l. testis est (In codice *Τρωσὶ, Τρῳάσι* restituit Musgrave).

Hoc testimonio res confecta esse videtur, non tamen confecta est. Quamvis enim, ut iam statim dicam, non arbitrer parodiam versus Euripidei huic loco inesse, vereor tamen ut satis firmum sit argumentum quod e computatione temporum petatur. Non enim unum et integrum drama Troades esse videntur sed e duobus consutum. Vide Epimetrum II. Sed aliunde apparet poetam non *παρῳδεῖν*. Quid dicat verbis *ἄνεχε, πάρεχε* non difficile est intellectu. Cum et Casandra et Philocleon facem gestantes approperent, obiectum verbi *ἄνεχε* est *δᾷδα* „*facem sursum tolle*". Idem verbi *πάρεχε* obiectum sit necesse est, „*prope affer*", „houd bij", ut nostrates dicunt. Eodem prorsus modo scripsit Euripides Iph. Aul. 733

Κλ . . . . *τίς ἀνασχήσει φλόγα;*
'Αγ. *ἐγὼ παρέξω φῶς ὃ νυμφίοις πρέπει.*

Tale *ἀνέχειν*, opinor, Bacchantium quoque erat. Ipsa Casandra *μαινὰς θοάζει*, vs. 307, et Bacchus dicitur, Ion. 716, *ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύκας λαιψηρὰ πηδᾷν νυκτιπόλοις ἅμα συμβάκχοις* (cum v. Herw. in ed. Ion. a. h. l.) Quin etiam videntur *ἄνεχε, πάρεχε* ipsa fuisse verba quae exclamarent Bacchae cum facibus et Bacchico ornatu instructae noctu strepentes

vagarentur. Docet hoc Eur. Cycl. 203. Silenus, vino ab Ulysse accepto, laetus bibit, satyri oves non curant, intervenit Cyclops obiurgans eos:

ἄνεχε, πάρεχε, τί τάδε; τίς ἡ ῥᾳθυμία;
τί βακχιάζετ'; οὐχὶ Διόνυσος τάδε.

Indignabundus et mordax verba profert quae Sileni gaudio, τῷ βακχιάζειν, congrua sunt, quaeque optime intelleguntur si iis componimus convicia monachi in Schilleri dramate Wallensteins Lager:

Heisa, Juchheisa! Dudeldumdei!
Das geht ja hoch her. Bin auch dabei.

Hauserunt igitur Euripides et Aristophanes e communi fonte; illius verba hic non expressit et iniuria hoc Troadum loco usus est Brentano, *Untersuchungen ueber das Gr. drama*, 1871, p. 195, ut suam firmaret coniecturam de Vespis e duabus fabulis compositis.

Avium vs. 1720 cum hoc loco nihil commune habet.

Vs. 1397. τῆς Ἀγκυλίωνος θυγατέρος καὶ Σωστράτης.

Θυγατέρος forma est tragica. Ridicule mulier quae panes venditat loquitur ut filia regia, quae claris parentibus glorietur. Cf. verba Pheretis, Alc. 677.

Vs. 1412. καὶ σὺ δή μοι, Χαιρεφῶν,
γυναικὶ κλητεύειν ἐοικὼς θαψίνῃ,
Ἰνοῖ κρεμαμένῃ πρὸς ποδῶν Εὐριπίδου.

Haec non intellego etiamsi cum viris doctis κλητεύων ἔοικας legitur. Neque argumentum fabulae, neque scholia lucem afferunt.

Argumentum novimus ex Hygini fab. IV, quae Ino Euripidis inscribitur et haec habet: „*Athamas in Thessalia rex, cum Inonem uxorem ex qua duos filios ..... perisse putaret, duxit, nymphae (?) filiam Themistonem uxorem, ex qua geminos*

filios procreavit..... Themisto decepta suos filios occidit. id ubi resciit ipsa se necavit.... at Ino cum minore filio Melicerte in mare se deiecit. Vid. Dind. fr. Inus. Postrema spuria iudicat Schmidt; ab argumento tragoediae Inus certe aliena sunt.

Alterum de Ino testimonium praebet ipse Euripides, Med. 1281 sqq.

Verum quid cum his omnibus *Ἰνὼ κρεμαμένη* commune habeat non perspicio. Constans est veterum traditio eam in mare se deiecisse. Quae scholia praebent nullius sunt pretii. Ad 1413 schol. Ven. *εἰσήγαγε δὲ Εὐριπίδης τὴν Ἰνὼ ὠχρὰν* (al. *γέγραπται κρεμαμένη καὶ ὠχρὰ*) *ὑπὸ τῆς κακοπαθείας.* Ad 1414 schol. Rav. et Ven. *ἀντὶ τοῦ ὑπὸ Εὐριπίδου ἐκ τῶν ποδῶν ἡ Ἰνὼ κρέμαται.* Quae omnia ex ipso contextu hausta sunt. Praeterea non video quare Chaerephon, quamquam et alibi eius pallor ridetur, nunc *κλητεύων mulieri* pallidae comparetur, neque quid hic sit *κρεμαμένη πρὸς ποδῶν* assequor. Locus Vesparum, ut mihi videtur, corruptus est, aut exciderunt nonnulla. Quid de parodia statuendum sit nescio [1]).

Vs. 1431. *ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.*

Proverbium teste scholiasta. Cic. Tusc. Quaest. I 18 „*bene enim illo proverbio Graecorum praecipitur: Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.*" Cf. Horat. Ep. I 14, 44. Est fortasse iambographi alicuius Ionici, velut Archilochi, versiculus.

Vs. 1482 sqq. Canticum Philocleonis

τίς ἐπ' αὐλείοισι θύραις θάσσει;
κλῇθρα χαλάσθω τάδε usque ad 1495 *κοτυληδών.*

[1]) Philocleonem verba citasse Lasi aut Simonidis (Schol. Ven. ad. 1411: *ἀντὶ τοῦ οὐδέν μοι μέλει Σιμωνίδου*) vix credo. Ut verba *ὀλίγον μοι μέλει* inveniret profecto non recurrendum erat ad poetam lyricum. Sed consulto magno exorditur hiatu ut verba proferat si quae alia vulgaria. *Simonidi cognomen fuisse Μελικέρτην, quod etiam filii Inus nomen erat, tradit Suidas i. v. Σιμ.*

Schol. ad 1482: *ὀρχούμενος ὁ γέρων τραγικεύεται.* Videtur hoc canticum cento esse versuum tragicorum intermixtis versibus ipsius Aristophanis.

Ad 1490: *Πτήσσει Φρύνιχος· παροιμία ἐπὶ τῶν κακόν τι πασχόντων ἀπὸ Φρυνίχου τοῦ τραγικοῦ.* Quamquam ea quae subiungit scholiasta: *ὑποκρινόμενον γὰρ αὐτὸν τὴν Μιλήτου ἅλωσιν οἱ Ἀθηναῖοι δακρύσαντες ἐξέβαλον δεδοικότα καὶ ὑποπτήσσοντα* nihili sunt, vere tamen vidit Phrynichum tragicum peti, ut ostendit collatis vss. 1478 sqq. Halbertsma, Prosop. Arist. p. 3. Eandem amplexus sententiam Nauck ipsa Phrynichi verba ab Ar. traducta esse arbitratur. Vs. 1490 *πτήσσει — ἀλέκτωρ* parodiam esse statuit versus a Plutarcho sine poetae nomine allati, Amat. c. 18. p. 762 F: *ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερόν*, quem Phrynicho tribuit, fr. Phr. inc. 16, p. 561. De vs. 1492 sic pergit: „Sicut verbis *πτήσσει ἀλέκτωρ* Phry„nichi versus ridetur, ita quae sequuntur non dubito quin „eodem e poeta repetita sint. Comp. Vesp. 1524 *ταχὺν πόδα —* „*θεαταί.* Hinc suspicor dixisse Phrynichum: *ταχὺν πόδα κυ*„*κλοσοβήσω | σκέλος οὐράνιόν γ' ἐκλακτίζων.* Etiam Eupolidem „(Com. 2 p. 569) risisse Phrynicheum istud *ἐκλακτίζειν* pro„babile est, cf. Schol. Ar. Vesp. 1492 et 1524."

(In his scholiis nihil aliud legitur quam *καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐκλακτίζειν* et *καὶ οὐκ ἄλλως αὐτὸ Εὔπολις εἶπεν.*)

Quae Nauckii coniectura num vera sit dubito. Versu a Plut. allato, *ἔπτηξ' κτἑ* sermo est de homine quem vires deficiunt et qui non diutius resistit. Sed ea sententia a loco Vesparum tam aliena est ut Aristophanis animo eam obversatam esse minime verisimile sit. Deinde non verba Phrynichi risisse Ar. sed saltationis schema, non verbum *ἐκλακτίζειν* sed ipsum *ἐκλακτίζειν*, apparet e vs. 1524.

Ut vs. 1490 expediam, aliam mihi liceat proponere coniecturam.

Phrynichus saltationis peritissimus, Ath. I c. 39, p. 22,

novum schema invenerat, *τὸ Φρυνίχειον* vs. 1524 appellatum, quod saltantes calcem retro movebant et attollebant. (Hesych: *ἐκλακτισμός· σχῆμα χορικὸν ὀρχήσεως σύντονον*. Cf. Poll. IV 102.) Hoc saltat senex Philocleon, simulque motum describens saltatorem Phrynicheum gallo gallinaceo comparat. Galli enim et gallinae saepe pedem retro movent humum effodientes, ut vermes quaerant vel solum excavent. Itaque Phrynichus dicitur *ὥς τις ἀλέκτωρ* (comma deleatur) *σκέλος οὐράνιον* (ipsam saltationem cum galli motu consulto confundit) *ἐκλακτίζειν*; cumque calcem attollenti necesse sit corpus inclinet et caput aliquantum demittat, A. addit *πτήσσει*, quod de avi prae metu se demittente dicitur et hic propter *ὥς τις ἀλέκτωρ* non ineptum est. Non tamen omnem hac interpretatione dubitationem sublatam esse concedo; res magis perspicua foret si constaret quaenam hic imitetur Ar. verba tragica. De singulis huius cantilenae versibus pauca tantum monenda sunt cum taceant scholia.

1482. *Τίς — θάσσει*. Cf. Hom. Od. XVIII 239; Eur. Hel. 438, Hec. 36.

1484. Cf. Hipp. 808, Hel. 1180.

1489. Cf. Eur. Suppl. 72; Ar. Thesm. 328.

1492. Cf. Eur. Troad. 325, El. 860; Ar. Vesp. 1530 (Codd. *οὐράνιον*. Mein. Vind. p. 37, vs. 1492: *οὐρανίαν* ex Hesychio).

Nullus tamen invenitur locus cuius parodia canticum Philocleonis dici potest.

Vs. 1518. *ἄγ' ὦ μεγαλώνυμα τέκνα — 1523 κυκλοσοβεῖτε*.

Et numeri et verba parodiam indicant. Cum *τέκν. τ. θαλ.* (in cod. *θαλασσίου*, Bergk *θαλασσίου θεοῦ*) cf. Ran. 840 et fr. Platonis comici in Schol. Ar. Pac. 792, Mein. II p. 661: *ὁ Καρκίνου παῖς τοῦ θαλαττίου* (*θεοῦ*). Cob. Nov. L. p. 11. Simili modo emendavit v. Herw. fragmentum Campylionis Eubuli, Mein. III p. 225. *τήν τ' εὐπρόσωπον λοπάδα τοῦ θαλαττίου κτέ*. Anal. Crit. p. 30.

P A X.

Vs. 52. ὑπερτάτοισιν ἀνδράσιν.

Neque ὑπέρτερος Lys. 772 neque ὑπέρτατος Av. 1763 comicorum est. Epicum est ac tragicum. Epico tantum sermone convenit ὑπερηνορέουσιν vs. 53.

Vs. 76 sqq. ὦ Πηγάσειον, φησὶ, γενναῖον πτερόν.

Schol. παρὰ τὰ ἐκ Βελλεροφόντου Εὐριπίδου. ἐκεῖνος γὰρ διὰ Πηγάσου τοῦ πτερωτοῦ ἐπεθύμει εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν.

„ἄγ' ὦ φίλον μοι Πηγάσου πτερόν." fr. 308.

Ut de parodia huius tragoediae constet, paucis exponendum est argumentum, de quo bene disputavit Welcker II p. 785 sqq. Antiquissimum de Bellerophonte testimonium praebet Hom. Il. VI 155 sqq. Bell. falsa Anteae criminatione Proeto suspectus, mittitur in Lyciam, hostes et chimaeram devincit, filiam regis Lyciae uxorem ducit, ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ κεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν, | ἤ τοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ 'Αλήϊον οἶος ἀλᾶτο, | ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. Filius enim filiaque a Marte et Diana necati erant.

Hesiodus narrat Bellerophontem cum Pegaso Chimaeram interfecisse, Theog. 325: τὴν μὲν Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης, et Pegasum, quem non noverat Homerus, in coe-

lum advenisse, vs. 258 πωλοῦσιν χθονὸς μαντεῖα μολών, ὅπως ἐς ἀθανάτους.

Crevit fabula eundo. Tradit Pindarus, Ol. XIII 120 sqq. Bellerophontem Pegaso vectum pugnam iniisse et, Isthm. VII 64 sqq., eum, coelum cum visere vellet, in terram deiectum esse et misere periisse ὅ τοι πτερόεις ἔρριψε Πάγασος | δεσπόταν ἐθέλοντ' ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς ἐλθεῖν μεθ' ὁμάγυριν Βελλεροφόνταν Ζηνός. Equum autem in coelum evolasse, Ol. XIII 131, τὸν δ' ἐν Οὐλύμπῳ φάτναι Ζηνὸς ἀρχαῖαι δέκονται. Fabulam qualem tradidit Pindarus expressit Euripides. Schol. Pac. 147: ἐκείνου Euripides' δρᾶμα ἔστιν ὅτε τὸν Βελλεροφόντην ἐν ᾧ χωλὸν εἰσήγαγεν αὐτὸν διὰ τὸ πεπτωκέναι ἀπὸ τοῦ Πηγάσου βουλόμενον εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν.

Initio dramatis, ut e fragmentis videre est, animi aeger conqueritur proborum adversam fortunam et iniustum fatum. In eo differt Euripideus Bellerophon ab Homerico qui dolore oppressus erat ob mortem liberorum οὐχ, ὡς οἱ νεώτεροί φασι, μελαγχολήσας, ἀλλ' ὀδυνώμενος ἐπὶ τῇ τῶν ἑαυτοῦ παίδων ἀπωλείᾳ, Schol. Hom. Il. VI 202. Welcker p. 791. Nullius sibi conscius sceleris, morosus et melancholicus, disserit de diis qui res humanas gubernare dicuntur, fr. 287, 288, 294 cuius postremus versus εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρόν, οὐκ εἰσὶν θεοί (fortasse quoque vs. 6 ἀλλὰ σοι λέξαι θέλω.) a praecedentibus disiungendus videtur. Quae fuerit eius tristitiae causa, an liberorum mors, ut apud Homerum, e fragmentis non apparet.

Utut est, Bellerophontem finxit Euripides non modo sortem suam aegre ferentem sed elatum etiam victoria quam de Chimaera reportaverat. Schol. Il. VI 155: λέγεται δὲ αὐτὸν ἐπαρθέντα ἐφ' οἷς ἔπραξε θελῆσαι μετὰ τοῦ Πηγάσου τὸν οὐρανὸν κατοπτεῦσαι, et fr. 295

τιμή σ' ἐπαίρει τῶν πέλας μεῖζον φρονεῖν,

ubi pro τιμή malim legere νίκη.

Queritur enim B. se laudem sibi non collegisse neque praemia tulisse virtutis.

Decidit ex equo Bellerophon. In scenam prodit, vel potius fertur, sordidis vestibus, claudus, Ach. 426, et mala fortiter perpessus vulneribus moritur.

Alia narrat Hyginus fab. 57 „*Hanc* (chimaeram) *super Pe-* „*gasum sedens interfecit et decidisse dicitur in campos Aleios,* „*unde etiam coxas eiecisse dicitur. At rex virtutes eius laudans* „*alteram filiam dedit ei in matrimonium. Stheneboea re audita* „*ipsa se interfecit.*" Verum haec Euripideam tragoediam non spectant neque inter se cohaerent [1]). Duae coaluerunt narrationes, altera Bellerophontem, victoria reportata, filiam regis uxorem duxisse, altera eundem e Pegaso in terram decidisse. Verba *et decidisse — dicitur* seclusit Lange. De origine miri illius *coxas eiecisse* vid. Epimetrum III.

Stheneboeae in hac tragoedia partes nullae fuerunt. Degebat illa Tirynthe, Bellerophon in Lycia. Sine dubio tamen insidiarum, quae illi struxerat, mentio facta est, cf. fr. 290 et quae annotavi ad Ran. 1051.

Iam de parodia videamus. Bellerophontem *παρῳδεῖ* comicus persona Trygaei. Huic est scarabaeus Aetnaeus (de quo iam Aeschylus, fr. 229 N. 232 D.; Sophocles, fr. 166 N. 173 D., quod tamen num Sophoclis sit dubitat Nauck; Plato com. fr. Mein. II p. 624) quem *ἱπποκάνθαρον* vocat Aristophanes, novum fingens monstrum ad normam *ξουθοῦ ἱππαλέκτορος* Aeschyli.

Vss. 58. *ὦ Ζεῦ, τί ποτε βουλεύει ποιεῖν;*
et 62 *ὦ Ζεῦ, τί δρασείεις ποθ' ἡμῶν τὸν λεών;*

---

[1]) Similia Schol. Il. VI 155 *λέγεται .... τὸν δὲ Δία μηνίσαντα οἶστρον ἐμβαλεῖν τῷ Πηγάσῳ ὥστε ἐκπεσεῖν μὲν τὸν Β. καὶ κατενεχθῆναι εἰς τὸ τῆς Λυκίας πεδίον, τὸ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενον Ἀλήϊον πεδίον, ἀλᾶσθαι δὲ κατὰ τοῦτο πηρωθέντα.* At Bellerophontem Euripideum non in campo Aleio *errasse* apparet e fr. 312.

Aristophanes Bellerophontis querelas imitari videtur. Cf. Thesm. 71.

Vss. 82—101 sunt paratragoedia.

Vs. 114. ὦ πάτερ, ὦ πάτερ, ἆρ' ἔτυμός γε
δώμασιν ἡμετέροις φάτις ἥκει
ὡς σὺ κτέ.

Schol. παρὰ τὰ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου
ἆρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων
Αἴολον εὐνάζειν τέκνα φίλτατα;

fr. 17. Verba Aristophanis satis discrepant, parodiam tamen ea continere probat vs. 119.

Vs. 119. δεξάσαι ἔστι, κόραι· τὸ δ' ἐτήτυμον ἄχθομαι ὑμῖν.

Schol. καὶ τοῦτο πρὸς τὸ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου ἔπος
δοξάσαι ἔστι, κόραι· τὸ δ' ἐτήτυμον οὐκ ἔχω εἰπεῖν.

fr. 18. Alloquitur aliquis chorum. An ad idem colloquium pertinuerit quo fr. 17 nescimus. Si pertinuerit, Seidleri lectio Αἰολέ σ', fr. 17, (in cod. Αἴολος) vera esse nequit.

Vs. 124. K. καὶ τίς πόρος σοι τῆς ὁδοῦ γενήσεται;
ναῦς μὲν γὰρ οὐκ ἄξει σε ταύτην τὴν ὁδόν.
T. πτηνὸς πορεύσει πῶλος· οὐ ναυσθλώσομαι.

Schol. vs. 125. ὁ λόγος ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου. τινὲς δὲ οἴονται ἐκ Βελλεροφόντου παρῳδῆσαι (παρῳδῆσθαι. v. Herw.). ἔστι δὲ ἐν Σθενεβοίᾳ παρὰ τῷ τραγικῷ οὕτως „πέλας δέ — πτηνὸς πορεύσει. fr. 665. Fortasse post πορεύσει in scholio exciderunt verba πῶλος· οὐ ναυσθλώσομαι fuitque in tragoedia πτηνὸς — ναυσθλώσομαι Bellerophontis. De Stheneboeae argumento vid. Schol. Greg. Cor. ap. Dind. fr. Sthen. Fortasse etiam vss. 124 et 125 ex eodem dramate derivati sunt.

Vs. 135 est paratragoedia.

Vs. 140 sqq. *τί δ' ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος;*

Schol. *τοὺς τραγικοὺς παίζει διὰ τὰ περὶ τοῦ Ἰκάρου λεγόμενα. ἢ ἐπεὶ δοκεῖ ὁ Βελλεροφόντης κτέ.* De Icaro hoc loco non est cogitandum. Utrum Stheneboeae an Bellerophonti tribuendum sit non liquet. Nauck fr. adesp. 41.

Vss. 147 et 148 poetam drama Bellerophontem respexisse nemo non videt.

Vs. 154. *ἀλλ' ἄγε, Πήγασε, χώρει χαίρων,*
χρυσοχαλίνων πάταγον ψαλίων
διακινήσας φαιδροῖς ὠσίν.

Schol. *καὶ τάδε ἐκ τοῦ Βελλεροφόντου „ἴθι χρυσοχάλιν' αἴρων πτέρυγας"* fr. 309. Cf. Vesp. 757.

Vs. 236. *ἰὼ βροτοὶ, βροτοὶ, βροτοὶ πολυτλήμονες.*

Epico more loquitur Polemos.

Vs. 356. *ξὺν δόρει ξὺν ἀσπίδι.* Cf. Vesp. 1081.

Vs. 380 sqq. *ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι,*
εἰ μὴ τετορήσω ταῦτα καὶ λακήσομαι.

In parodiarum numerum recepit Ribb. Ach. Anh. p. 321, post Taeuberum, utpote „et numeris et oratione tragica", non animadvertens anapaestum in secunda sede. Sed vera parodia huic loco non inest. Mercurius, quippe Deus, grandibus partim ex Homero petitis utitur verbis sicut vs. 376. Verbum *τετορήσω* hoc significatu neque apud Homerum neque apud tragicos invenitur.

Imitatur Trygaeus Mercurii sermonem vs. 382 *μή νυν λακήσῃς, λίσσομαί σ',* 384 *λακήσεται* et 400 *ἐλέησον αὐτῶν τὴν ὄπα.* cf. Ach. 410. Cum vs. 386:

εἴ τι κεχαρισμένον χοιρίδιον οἶσθα παρ' ἐμοῦ γε κατεδηδοκώς.

Cf. Hom. Il. I 39.

vagarentur. Docet hoc Eur. Cycl. 203. Silenus, vino ab Ulysse accepto, laetus bibit, satyri oves non curant, intervenit Cyclops obiurgans eos:

ἄνεχε, πάρεχε, τί τάδε; τίς ἡ ῥᾳθυμία;
τί βακχιάζετ'; οὐχὶ Διόνυσος τάδε.

Indignabundus et mordax verba profert quae Sileni gaudio, *τῷ βακχιάζειν*, congrua sunt, quaeque optime intelleguntur si iis componimus convicia monachi in Schilleri dramate Wallensteins Lager:

Heisa, Juchheisa! Dudeldumdei!
Das geht ja hoch her. Bin auch dabei.

Hauserunt igitur Euripides et Aristophanes e communi fonte; illius verba hic non expressit et iniuria hoc Troadum loco usus est Brentano, *Untersuchungen ueber das Gr. drama*, 1871, p. 195, ut suam firmaret coniecturam de Vespis e duabus fabulis compositis.

Avium vs. 1720 cum hoc loco nihil commune habet.

Vs. 1397. *τῆς Ἀγκυλίωνος θυγατέρος καὶ Σωστράτης.*

Θυγατέρος forma est tragica. Ridicule mulier quae panes venditat loquitur ut filia regia, quae claris parentibus glorietur. Cf. verba Pheretis, Alc. 677.

Vs. 1412. *καὶ σὺ δή μοι, Χαιρεφῶν,*
γυναικὶ κλητεύειν ἐοικὼς θαψίνῃ,
Ἰνοῖ κρεμαμένῃ πρὸς ποδῶν Εὐριπίδου.

Haec non intellego etiamsi cum viris doctis *κλητεύων ἔοικας* legitur. Neque argumentum fabulae, neque scholia lucem afferunt.

Argumentum novimus ex Hygini fab. IV, quae Ino Euripidis inscribitur et haec habet: „*Athamas in Thessalia rex, cum Inonem uxorem ex qua duos filios ..... perisse putaret, duxit, nymphae (?) filiam Themistonem uxorem, ex qua geminos*

filios procreavit..... Themisto decepta suos filios occidit. id ubi resciit ipsa se necavit.... at Ino cum minore filio Melicerte in mare se deiecit. Vid. Dind. fr. Inus. Postrema spuria iudicat Schmidt; ab argumento tragoediae Inus certe aliena sunt.

Alterum de Ino testimonium praebet ipse Euripides, Med. 1281 sqq.

Verum quid cum his omnibus *Ἰνὼ κρεμαμένη* commune habeat non perspicio. Constans est veterum traditio eam in mare se deiecisse. Quae scholia praebent nullius sunt pretii. Ad 1413 schol. Ven. *εἰσήγαγε δὲ Εὐριπίδης τὴν Ἰνὼ ὠχρὰν* (al. *γέγραπται κρεμαμένη καὶ ὠχρὰ*) *ὑπὸ τῆς κακοπαθείας.* Ad 1414 schol. Rav. et Ven. *ἀντὶ τοῦ ὑπὸ Εὐριπίδου ἐκ τῶν ποδῶν ἡ Ἰνὼ κρέμαται.* Quae omnia ex ipso contextu hausta sunt. Praeterea non video quare Chaerephon, quamquam et alibi eius pallor ridetur, nunc *κλητεύων mulieri* pallidae comparetur, neque quid hic sit *κρεμαμένη πρὸς ποδῶν* assequor. Locus Vesparum, ut mihi videtur, corruptus est, aut exciderunt nonnulla. Quid de parodia statuendum sit nescio [1].

Vs. 1431. *ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.*

Proverbium teste scholiasta. Cic. Tusc. Quaest. I 18 *„bene enim illo proverbio Graecorum praecipitur: Quam quisque norit artem, in hac se exerceat."* Cf. Horat. Ep. I 14, 44. Est fortasse iambographi alicuius Ionici, velut Archilochi, versiculus.

Vs. 1482 sqq. Canticum Philocleonis

τίς ἐπ' αὐλείοισι θύραις θάσσει;
κλῇθρα χαλάσθω τάδε usque ad 1495 *κοτυληδών.*

[1]) Philocleonem verba citasse Lasi aut Simonidis (Schol. Ven. ad. 1411: *ἀντὶ τοῦ οὐδέν μοι μέλει Σιμωνίδου*) vix credo. Ut verba *ὀλίγον μοι μέλει* inveniret profecto non recurrendum erat ad poetam lyricum. Sed consulto magno exorditur hiatu ut verba proferat si quae alia vulgaria. *Simonidi cognomen fuisse Μελικέρτην, quod etiam filii Inus nomen erat, tradit Suidas i. v. Σιμ.*

Schol. ad 1482: ὀρχούμενος ὁ γέρων τραγικεύεται. Videtur hoc canticum cento esse versuum tragicorum intermixtis versibus ipsius Aristophanis.

Ad 1490: Πτήσσει Φρύνιχος· παροιμία ἐπὶ τῶν κακόν τι πασχόντων ἀπὸ Φρυνίχου τοῦ τραγικοῦ. Quamquam ea quae subiungit scholiasta: ὑποκρινόμενον γὰρ αὐτὸν τὴν Μιλήτου ἅλωσιν οἱ Ἀθηναῖοι δακρύσαντες ἐξέβαλον δεδοικότα καὶ ὑποπτήσσοντα nihili sunt, vere tamen vidit Phrynichum tragicum peti, ut ostendit collatis vss. 1478 sqq. Halbertsma, Prosop. Arist. p. 3. Eandem amplexus sententiam Nauck ipsa Phrynichi verba ab Ar. traducta esse arbitratur. Vs. 1490 πτήσσει — ἀλέκτωρ parodiam esse statuit versus a Plutarcho sine poetae nomine allati, Amat. c. 18. p. 762 F: ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερόν, quem Phrynicho tribuit, fr. Phr. inc. 16, p. 561. De vs. 1492 sic pergit: „Sicut verbis πτήσσει ἀλέκτωρ Phry„nichi versus ridetur, ita quae sequuntur non dubito quin „eodem e poeta repetita sint. Comp. Vesp. 1524 ταχὺν πόδα — „θεαταί. Hinc suspicor dixisse Phrynichum: ταχὺν πόδα κυ„κλοσοβήσω | σκέλος οὐράνιόν γ' ἐκλακτίζων. Etiam Eupolidem „(Com. 2 p. 569) risisse Phrynicheum istud ἐκλακτίζειν pro„babile est, cf. Schol. Ar. Vesp. 1492 et 1524."

(In his scholiis nihil aliud legitur quam καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐκλακτίζειν et καὶ οὐκ ἄλλως αὐτὸ Εὔπολις εἶπεν.)

Quae Nauckii coniectura num vera sit dubito. Versu a Plut. allato, ἔπτηξ' κτέ sermo est de homine quem vires deficiunt et qui non diutius resistit. Sed ea sententia a loco Vesparum tam aliena est ut Aristophanis animo eam obversatam esse minime verisimile sit. Deinde non verba Phrynichi risisse Ar. sed saltationis schema, non verbum ἐκλακτίζειν sed ipsum ἐκλακτίζειν, apparet e vs. 1524.

Ut vs. 1490 expediam, aliam mihi liceat proponere coniecturam.

Phrynichus saltationis peritissimus, Ath. I c. 39, p. 22,

novum schema invenerat, τὸ Φρυνίχειον vs. 1524 appellatum, quod saltantes calcem retro movebant et attollebant. (Hesych: ἐκλακτισμός· σχῆμα χορικὸν ὀρχήσεως σύντονον. Cf. Poll. IV 102.) Hoc saltat senex Philocleon, simulque motum describens saltatorem Phrynicheum gallo gallinaceo comparat. Galli enim et gallinae saepe pedem retro movent humum effodientes, ut vermes quaerant vel solum excavent. Itaque Phrynichus dicitur ὥς τις ἀλέκτωρ (comma deleatur) σκέλος οὐράνιον (ipsam saltationem cum galli motu consulto confundit) ἐκλακτίζειν; cumque calcem attollenti necesse sit corpus inclinet et caput aliquantum demittat, A. addit πτήσσει, quod de avi prae metu se demittente dicitur et hic propter ὥς τις ἀλέκτωρ non ineptum est. Non tamen omnem hac interpretatione dubitationem sublatam esse concedo; res magis perspicua foret si constaret quaenam hic imitetur Ar. verba tragica. De singulis huius cantilenae versibus pauca tantum monenda sunt cum taceant scholia.

1482. Τίς — θάσσει. Cf. Hom. Od. XVIII 239; Eur. Hel. 438, Hec. 36.

1484. Cf. Hipp. 808, Hel. 1180.

1489. Cf. Eur. Suppl. 72; Ar. Thesm. 328.

1492. Cf. Eur. Troad. 325, El. 860; Ar. Vesp. 1530 (Codd. οὐράνιον. Mein. Vind. p. 37, vs. 1492: οὐρανίαν ex Hesychio).

Nullus tamen invenitur locus cuius parodia canticum Philocleonis dici potest.

Vs. 1518. ἄγ' ὦ μεγαλώνυμα τέκνα — 1523 κυκλοσοβεῖτε.

Et numeri et verba parodiam indicant. Cum τέκν. τ. θαλ. (in cod. θαλασσίου, Bergk θαλασσίου θεοῦ) cf. Ran. 840 et fr. Platonis comici in Schol. Ar. Pac. 792, Mein. II p. 661: ὁ Καρκίνου παῖς τοῦ θαλαττίου (θεοῦ). Cob. Nov. L. p. 11. Simili modo emendavit v. Herw. fragmentum Campylionis Eubuli, Mein. III p. 225. τήν τ' εὐπρόσωπον λοπάδα τοῦ θαλαττίου κτέ. Anal. Crit. p. 30.

Epicum scribendi genus versu 1521 nemo non agnoscit. Similiter de legatis ad Achillem missis Il. I 327

τὼ δ' ἀέκοντε βάτην παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.

Verbum κυκλοσοβεῖτε, si vera est lectio, non est tragicorum sed primam syllabam sicut in tragoedia productam habet.

Vs. 1530. ῥῖπτε σκέλος οὐράνιον. Cf. vs. 1492.

Euripides: πάλλε πόδ' αἰθέριον et ὡς νεβρὸς οὐράνιον πήδημα κουφίζουσα. Troad. 325. El. 860. Tragicum colorem, non ipsa verba alicuius tragoediae exprimere videtur Aristophanes.

1531. ὁ ποντομέδων ἄναξ. Similiter Aesch. Sept. 130 ὅ θ' ἵππιος ποντομέδων ἄναξ.

PAX.

Vs. 52. ὑπερτάτοισιν ἀνδράσιν.

Neque ὑπέρτερος Lys. 772 neque ὑπέρτατος Av. 1763 comicorum est. Epicum est ac tragicum. Epico tantum sermone convenit ὑπερηνορέουσιν vs. 53.

Vs. 76 sqq. ὦ Πηγάσειον, φησὶ, γενναῖον πτερόν.

Schol. παρὰ τὰ ἐκ Βελλεροφόντου Εὐριπίδου. ἐκεῖνος γὰρ διὰ Πηγάσου τοῦ πτερωτοῦ ἐπεθύμει εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν.

„ἄγ' ὦ φίλον μοι Πηγάσου πτερόν." fr. 308.

Ut de parodia huius tragoediae constet, paucis exponendum est argumentum, de quo bene disputavit Welcker II p. 785 sqq. Antiquissimum de Bellerophonte testimonium praebet Hom. Il. VI 155 sqq. Bell. falsa Anteae criminatione Proeto suspectus, mittitur in Lyciam, hostes et chimaeram devincit, filiam regis Lyciae uxorem ducit, ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ κεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν, | ἤ τοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ 'Αλήϊον οἶος ἀλᾶτο, | ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. Filius enim filiaque a Marte et Diana necati erant.

Hesiodus narrat Bellerophontem cum Pegaso Chimaeram interfecisse, Theog. 325: τὴν μὲν Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης, et Pegasum, quem non noverat Homerus, in coe-

lum advenisse, vs. 283 *προλιπὼν χθόνα μητέρα μήλων, ἵκετ' ἐς ἀθανάτους.*

Crevit fabula eundo. Tradit Pindarus, Ol. XIII 120 sqq. Bellerophontem Pegaso vectum pugnam iniisse et, Isthm. VII 64 sqq., eum, coelum cum visere vellet, in terram deiectum esse et misere periisse *ὁ τοι πτερόεις ἔρριψε Πάγασος | δεσπόταν ἐθέλοντ' ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς | ἐλθεῖν μεθ' ὁμάγυριν Βελλεροφόνταν | Ζηνός.* Equum autem in coelum evolasse, Ol. XIII 131, *τόνδ' ἐν Οὐλύμπῳ φάτναι Ζηνὸς ἀρχαῖαι δέκονται.* Fabulam qualem tradidit Pindarus expressit Euripides. Schol. Pac. 147: *ἐκεῖνος* (Euripides) *δρᾶμα ἐποίησε τὸν Βελλεροφόντην ἐν ᾧ χωλὸν εἰσήγαγεν αὐτὸν διὰ τὸ πεπτωκέναι ἀπὸ τοῦ Πηγάσου βουλόμενον εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν.*

Initio dramatis, ut e fragmentis videre est, animi aeger conqueritur proborum adversam fortunam et iniustum fatum. In eo differt Euripideus Bellerophon ab Homerico qui dolore oppressus erat ob mortem liberorum *οὐχ, ὡς οἱ νεώτεροί φασι, μελαγχολήσας, ἀλλ' ὀδυνώμενος ἐπὶ τῇ τῶν ἑαυτοῦ παίδων ἀπωλείᾳ,* Schol. Hom. Il. VI 202. Welcker p. 791. Nullius sibi conscius sceleris, morosus et melancholicus, disserit de diis qui res humanas gubernare dicuntur, fr. 287, 288, 294 cuius postremus versus *εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶν θεοί* (fortasse quoque vs. 6 *ἀλλά σοι λέξαι θέλω,*) a praecedentibus disiungendus videtur. Quae fuerit eius tristitiae causa, an liberorum mors, ut apud Homerum, e fragmentis non apparet.

Utut est, Bellerophontem finxit Euripides non modo sortem suam aegre ferentem sed elatum etiam victoria quam de Chimaera reportaverat. Schol. Il. VI 155: *λέγεται δὲ αὐτὸν ἐπαρθέντα ἐφ' οἷς ἔπραξε θελῆσαι μετὰ τοῦ Πηγάσου τὸν οὐρανὸν κατοπτεῦσαι,* et fr. 295

τιμή σ' ἐπαίρει τῶν πέλας μεῖζον φρονεῖν,

ubi pro *τιμή* malim legere *νίκη.*

Queritur enim B. se laudem sibi non collegisse neque praemia tulisse virtutis.

Decidit ex equo Bellerophon. In scenam prodit, vel potius fertur, sordidis vestibus, claudus, Ach. 426, et mala fortiter perpessus vulneribus moritur.

Alia narrat Hyginus fab. 57 „*Hanc* (chimaeram) *super Pe*„*gasum sedens interfecit et decidisse dicitur in campos Aleios*, „*unde etiam coxas eiecisse dicitur. At rex virtutes eius laudans* „*alteram filiam dedit ei in matrimonium. Stheneboea re audita* „*ipsa se interfecit.*" Verum haec Euripideam tragoediam non spectant neque inter se cohaerent [1]). Duae coaluerunt narrationes, altera Bellerophontem, victoria reportata, filiam regis uxorem duxisse, altera eundem e Pegaso in terram decidisse. Verba *et decidisse* — *dicitur* seclusit Lange. De origine miri illius *coxas eiecisse* vid. Epimetrum III.

Stheneboeae in hac tragoedia partes nullae fuerunt. Degebat illa Tirynthe, Bellerophon in Lycia. Sine dubio tamen insidiarum, quae illi struxerat, mentio facta est, cf. fr. 290 et quae annotavi ad Ran. 1051.

Iam de parodia videamus. Bellerophontem *παρῳδεῖ* comicus persona Trygaei. Huic est scarabaeus Aetnaeus (de quo iam Aeschylus, fr. 229 N. 232 D.; Sophocles, fr. 166 N. 173 D., quod tamen num Sophoclis sit dubitat Nauck; Plato com. fr. Mein. II p. 624) quem *ἱπποκάνθαρον* vocat Aristophanes, novum fingens monstrum ad normam *ξουθοῦ ἱππαλέκτορος* Aeschyli.

Vss. 58. *ὦ Ζεῦ, τί ποτε βουλεύει ποιεῖν;*
et 62 *ὦ Ζεῦ, τί δρασείεις ποθ' ἡμῶν τὸν λεών;*

---

[1]) Similia Schol. Il. VI 155 *λέγεται .... τὸν δὲ Δία μηνίσαντα οἶστρον ἐμβαλεῖν τῷ Πηγάσῳ ὥστε ἐκπεσεῖν μὲν τὸν Β. καὶ κατενεχθῆναι εἰς τὸ τῆς Λυκίας πεδίον, τὸ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενον Ἀλήϊον πεδίον, ἀλᾶσθαι δὲ κατὰ τοῦτο πηρωθέντα.* At Bellerophontem Euripideum non in campo Aleio *errasse* apparet e fr. 312.

Aristophanes Bellerophontis querelas imitari videtur. Cf. Thesm. 71.

Vss. 82—101 sunt paratragoedia.

Vs. 114. ὦ πάτερ, ὦ πάτερ, ἆρ' ἔτυμός γε
δώμασιν ἡμετέροις φάτις ἥκει
ὡς σὺ κτέ.

Schol. παρὰ τὰ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου
ἆρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων
Αἴολον εὐνάζειν τέκνα φίλτατα;

fr. 17. Verba Aristophanis satis discrepant, parodiam tamen ea continere probat vs. 119.

Vs. 119. δοξάσαι ἔστι, κόραι· τὸ δ' ἐτήτυμον ἄχθομαι ὑμῖν.

Schol. καὶ τοῦτο πρὸς τὸ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου ἔπος
δοξάσαι ἔστι, κόραι· τὸ δ' ἐτήτυμον οὐκ ἔχω εἰπεῖν.

fr. 18. Alloquitur aliquis chorum. An ad idem colloquium pertinuerit quo fr. 17 nescimus. Si pertinuerit, Seidleri lectio Αἰολέ σ', fr. 17, (in cod. Αἴολος) vera esse nequit.

Vs. 124. Κ. καὶ τίς πόρος σοι τῆς ὁδοῦ γενήσεται;
ναῦς μὲν γὰρ οὐκ ἄξει σε ταύτην τὴν ὁδόν.
Τ. πτηνὸς πορεύσει πῶλος· οὐ ναυσθλώσομαι.

Schol. vs. 125. ὁ λόγος ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου. τινὲς δὲ οἴονται ἐκ Βελλεροφόντου παρῳδῆσαι (παρῳδῆσθαι. v. Herw.). ἔστι δὲ ἐν Σθενεβοίᾳ παρὰ τῷ τραγικῷ οὕτως „πέλας δέ — πτηνὸς πορεύσει. fr. 665. Fortasse post πορεύσει in scholio exciderunt verba πῶλος· οὐ ναυσθλώσομαι fuitque in tragoedia πτηνὸς — ναυσθλώσομαι Bellerophontis. De Stheneboeae argumento vid. Schol. Greg. Cor. ap. Dind. fr. Sthen. Fortasse etiam vss. 124 et 125 ex eodem dramate derivati sunt.

Vs. 135 est paratragoedia.

Vs. 140 sqq. *τί δ' ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος;*

Schol. *τοὺς τραγικοὺς παίζει διὰ τὰ περὶ τοῦ Ἰκάρου λεγόμενα. ἢ ἐπεὶ δοκεῖ ὁ Βελλεροφόντης κτέ.* De Icaro hoc loco non est cogitandum. Utrum Stheneboeae an Bellerophonti tribuendum sit non liquet. Nauck fr. adesp. 41.

Vss. 147 et 148 poetam drama Bellerophontem respexisse nemo non videt.

Vs. 154. *ἀλλ' ἄγε, Πήγασε, χώρει χαίρων,*
χρυσοχάλινων πάταγον ψαλίων
διακινήσας φαιδροῖς ὠσίν.

Schol. *καὶ τάδε ἐκ τοῦ Βελλεροφόντου „ἴθι χρυσοχάλιν' αἴρων πτέρυγας"* fr. 309. Cf. Vesp. 757.

Vs. 236. *ἰὼ βροτοί, βροτοί, βροτοὶ πολυτλήμονες.*

Epico more loquitur Polemos.

Vs. 356. *ξὺν δόρει ξὺν ἀσπίδι.* Cf. Vesp. 1081.

Vs. 380 sqq. *ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι,*
εἰ μὴ τετορήσω ταῦτα καὶ λακήσομαι.

In parodiarum numerum recepit Ribb. Ach. Anh. p. 321, post Taeuberum, utpote „et numeris et oratione tragica", non animadvertens anapaestum in secunda sede. Sed vera parodia huic loco non inest. Mercurius, quippe Deus, grandibus partim ex Homero petitis utitur verbis sicut vs. 376. Verbum *τετορήσω* hoc significatu neque apud Homerum neque apud tragicos invenitur.

Imitatur Trygaeus Mercurii sermonem vs. 382 *μή νυν λακήσῃς, λίσσομαί σ',* 384 *λακήσεται* et 400 *ἐλέησον αὐτῶν τὴν ὄπα.* cf. Ach. 410. Cum vs. 386:

εἴ τι κεχαρισμένον χοιρίδιον οἶσθα παρ' ἐμοῦ γε κατεδηδοκώς.

Cf. Hom. Il. I 39.

Vs. 528. *ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φωτὸς ἔχθιστον πλέκος.*

Schol. *ἔστι δὲ Εὐριπίδου ἐκ Τηλέφου ἢ Τληπολέμου τὸ „ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φωτὸς ἔχθιστον τέκος."*

Tragoedia Tlepolemus, quod scimus, nulla fuit. Recte igitur Meineke iudicat *ἢ Τληπ.* errori deberi. Vocabulo *πλέκος* quod hic et Ach. 454 occurrit, videtur Euripides usus esse. Eur. Ion. 39 *πλέκος* pro *σκῦτος* restituit v. Herw. in ed. Ion. a. h. l.

Vs. 603. *ὦ σοφώτατοι γεωργοί, τἀμὰ δὴ ξυνίετε | ῥήματα.*

Schol. *ἔστι δὲ πρὸς τὰ Ἀρχιλόχου „ὦ λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε | ῥήματα."* Bergk. fr. Arch. 50.

Idem, teste scholiasta, Cratinus in *Πυτίνῃ* Mein. II p. 123. Archilochum imitatus est etiam Eupolis, qui, Mein. II p. 546: *ἀλλ' ἀκούετ' ὦ θεαταὶ τἀμὰ καὶ ξυνίετε | ῥήματα κτἑ.*

Vs. 699. *κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.*

Parodia versus: *θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.*

Quis primus hunc versum scripserit non liquet. Idem fere Euripides fr. 401.

Vs. 722. *ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ*

Schol. *ὁ στίχος ἐκ Βελλεροφόντου Εὐριπίδου.* fr. 314. Schol. Hom. Il. VI 155 *λέγεται — τὸν δὲ ἵππον λαβεῖν τὴν Ἠῶ δεηθεῖσαν τοῦ Διὸς δῶρον, πρὸς τὸ ἀκόπως περιιέναι τὰς τοῦ κόσμου περιόδους.*

Dei alicuius, fortasse Mercurii, verba. Welcker Gr. trag. II p. 799.

Vs. 737. *εἰ δ' οὖν εἰκός τινα τιμῆσαι, θύγατερ Διός, κτἑ.*

Schol. *παρὰ τὰ Σιμωνίδου ἐκ τῶν ἐλεγείων „εἰ δ' ἄρα τιμῆσαι, θύγατερ Διός, ὅστις ἄριστος | δήμῳ Ἀθηναίων ἐξετέλεσσα μόνος."* Bergk. fr. Sim. 82. p. 1144.

Vs. 775. *Μοῦσα, σὺ μὲν πολέμους ἀπωσαμένη μετ' ἐμοῦ*
τοῦ φίλου χόρευσον,
κλείουσα θεῶν τε γάμους ἀνδρῶν τε δαῖτας
καὶ θαλίας μακάρων.

Schol. ad 775 *ἔστι Στησιχόρειον.* Bergk. fr. Orestiae Stes. 32, qui *πολέμους — ἐμοῦ* Stesichoro abiudicat.

Vs. 797. *τοιάδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα καλλικόμων*
τὸν σοφὸν ποιητὴν
ὑμνεῖν, ὅταν ἠρινὰ μὲν φωνῇ χελιδὼν
ἑζομένη κελαδῇ.

Stesichorus, Bergk. fr. 34: *τοιάδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα καλλικόμων | ὑμνεῖν Φρύγιον μέλος ἐξευρόντας ἁβρῶς ἦρος ἐπερχομένου* et fr. 33: *ὅταν ἦρος ὥρᾳ κελαδῇ χελιδών.*

Madvig coniecit Aristophanem scripsisse: *ὅταν εἴαρος ἀμφ' ὥρᾳ.*

Vs. 831 Epitheto *ἐνδιαεριαυρινηχέτους* ridet exordia dithyrambicorum.

Vs. 835. *Ἴων ὁ Χῖος, ὅσπερ ἐποίησεν πάλαι*
ἐνθάδε τὸν Ἀοῖόν ποθ'.

Dithyrambum fecerat, cuius initium fuit: *Ἀώϊον ἀεροφοίταν | ἀστέρα μείναμεν ἀελίου λευκοπτέρυγα πρόδρομον.* Bergk. fr. Ion. 10, p. 581.

Vs. 991. *λῦσον δὲ μάχας καὶ κορκορυγάς.*

Schol. Aesch. Sept. 345 *κορκορυγαί· κεκωμῴδηται δὲ ἡ λέξις.* ab Aristophane scil. Pac. 991, Lys. 491. Hinc *διεκορκορύγησεν* Nub. 386. Blomfield ad Aesch. Sept. l.l.

Vs. 1013. *εἶτα μονῳδεῖν ἐκ Μηδείας*
ὀλόμαν, ὀλόμαν, ἀποχηρωθεὶς
τᾶς ἐν τεύτλοισι λοχευομένας.

In Euripidis Medea non invenitur. Schol. *οἱ δὲ αὐτοῦ τοῦ Μελανθίου φασὶν εἶναι Μηδείαν.* Rem perspexit Fritsche ad Ran.

151, coniciens Morsimum drama Medeam scripsisse in quo Iasonis partes egerit Melanthius Cf. 801 sqq. Nauck. p. 652.

Vs. 1063 sqq. *ὦ μέλεοι θνητοὶ καὶ νήπιοι κτέ.*

Colloquium Hieroclis, quem ridens servus *θυηπόλον* vocat vs. 1124, et Trygaei, usque ad vs. 1114, continua est parodia sermonis epici quo confecta erant oracula, cf. Eq. 197, Av. 967 sqq. Locos Homeri contulit Ribb. *De usu parodiae ap. com. Ath. Pars I p.* 21 *sqq.* Vs. 1092 legitur Il. I 464, vs. 1097 Il. IX 63.

Vs. 1177. *ξουθὸς ἱππαλεκτρυών.*

Schol. Ven. *τοῦ παρ' Αἰσχύλῳ πολλάκις* (l. *ἐν Μυρμιδόσι* N.) *κληθέντος ἱππαλεκτρυόνος ὃν ἀεὶ κωμῳδοῦσι λεχθέντα ἐν Μυρμιδόσι* (l. *πολλάκις* N.) *μέμνηται.* Aesch. fr. 130 N., 137 D. Welcker, *De pictura encaustica, script. min. III p.* 413. Idem ridetur equigallus Av. 800 et Ran. 932.

Vs. 1210 sqq. *οἴμ' ὡς προθέλυμνόν μ', ὦ Τρυγαῖ', ἀπώλεσας.*

Armorum artifices, quibus pax detrimento est, dolore affecti, graviori utuntur sermone quali veteres heroes aut reges. *Προθέλυμνος* vox est Homerica. Loricarum artifex. vs. 1224:

τί δαὶ δεκάμνῳ τῷδε θώρακος κύτει

. . . . *χρήσομαι τάλας;*

Paraphrasis *θώρακος κύτος* non magis comoediae est quam *ἀσπίδος κύτος* Eur. fr. 185 pro *ἀσπίς* et Homericum *θώρηκος γύαλον* pro *θώραξ*. Cum autem etiam vs. 1210 *προθέλυμνος* ex Homero petitum sit, probabile est librum Ravennatem qui *θώρηκος* habet, genuinam servasse lectionem. Cf. Mein. Vind. Ar. p. 48.

Versu 1250 galearum opifex:

ὦ δυσκάθαρτε δαῖμον, ὥς μ' ἀπώλεσας,

verbis e tragicis loquendi formulis petitis. *Ὥς μ' ἀπ.* Orest.

130, Eur. fr. 781; Ar. Nub. 1265; δυσκάθαρτον Sophocles vocat Ἅιδου λιμένα Ant. 1284.

Similiter παρατραγῳδεῖ ὁ δορυξὸς vs. 1255:

οἴμ', ὦ κρανοποί', ὡς ἀθλίως πεπράγαμεν.

Cf. Herc. fur. 1375.

Vs. 1270 sqq. Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα.

Schol. ἀρχὴ δὲ τῶν Ἐπιγόνων Ἀντιμάχου. Sed vide Schellenbergium in Antimachi Reliquiis p. 89 et Duebnerum, Antim. fr. p. 39.

Sequentes quos Lamachi filius recitat versus 1273, 1274, 1276 tantum non verbotenus ex Homero desumti sunt. Il. III 15, IV 447 sqq. VIII 64.

Versus 1282 ὣς οἱ μὲν δαίνυντο βοῶν κρέα καὐχένας ἵππων
ἔκλυον ἱδρῶντας, ἐπεὶ πολέμου ἐκόρεσθεν.
1286 θωρήσσοντ' ἄρ' ἔπειτα πεπαυμένοι.
1287 πύργων δ' ἐξεχέοντο, βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.

utrum ex aliquo poemate epico sint petiti an ab Aristophane ad normam poeseos Homericae compositi (cf. Od. IV 15, Il. XVI 267) non apparet.

Vs. 1298 sqq. Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.

Schol. Ἀρχιλόχου ἐστὶ τὸ δίστιχον. Bergk. Arch. 6, p. 684.

Ad vs. 1301 ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα. Schol. καὶ τοῦτο Ἀρχιλόχου. Legitur nunc apud Archilochum l.l.: αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος, „sed videtur iam antiquitus alia lectio fuisse, quod „significat Aristophanes cet." Bergk. a. h. l.

Vs. 1328. λῆξαί τ' αἴθωνα σίδηρον.

Hom. Il. IV 485, VII 473; Soph. Aiac. 147 κτείνοντ' αἴθωνι σιδήρῳ quem imitatur Hermippus, Mein. II 395: δηχθεὶς αἴθωνι Κλέωνι.

AVES.

Vs. 100. τοιαῦτα μέντοι Σοφοκλέης λυμαίνεται
ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα.

In tragoedia Tereo. fr. 511 D. In upupam mutatum Tereum non in scena conspectum fuisse, verum eius metamorphosin aliquem praedixisse vel narrasse monuit Welcker.

Vs. 210. ἄγε σύννομέ μοι, παῦσαι μὲν ὕπνου,
λῦσον δὲ νόμους ἱερῶν ὕμνων,
οὓς διὰ θείου στόματος θρηνεῖς,
τὸν ἐμὸν καὶ σὸν πολύδακρυν Ἴτυν
ἐλελιζομένη διεροῖς μέλεσιν
γένυος ξουθῆς·

Mein. Vind. Ar. p. 86: Ἴτυν· ἐλελιζομένης δ' ἱεροῖς μέλεσιν, sublata interpunctione post ξουθῆς. Quae coniectura habet quo se commendet, attamen ἱεροῖς post ἱερῶν minus elegans est et διερὰ μέλη ferri potest ut πόθος ὑγρὸς Hom. Hymn. in Panem vs. 33, et ὑγρότης τῶν μελῶν Luc. Salt. 73.

Similia leguntur vs. 676, ὦ φίλη, ὦ ξουθή κτἑ. et vs. 742,

ἰζόμενος μελίας ἐπὶ φυλλοκόμου,
δι' ἐμῆς γένυος ξουθῆς μελέων
Πανὶ νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω.

Hisce comparandus est locus Eur. Hel. 1107 sqq.

σὲ τὰν ἐναυλείοις ὑπὸ δενδροκόμοις
μουσεῖα καὶ θάκους ἐνίζουσαν ἀναβοάσω,
σὲ τὰν ἀοιδοτάταν ὄρνιθα μελῳδὸν
ἀηδόνα δακρυόεσσαν,
ἔλθ', ὦ διὰ ξουθᾶν γενύων ἐλελιζομένα,
θρήνοις ἐμοῖς ξυνεργός.

Non forte accidit, opinor, ut comici et tragici verba conspirent. Tanta est similitudo ut non possimus non in causam inquirere. Imitari autem Euripidem Aristophanes non potuit cum Helena post Aves in scenam commissa sit. Helena enim docta est una cum Andromeda (Schol. Thesm. 1012) uno ante Thesmoph. anno (Schol. Thesm. 1060) Atqui Euripides mortuus est Ol. 93, 3 et teste Schol. Thesm. 190 sexto post Thesm. anno, cf. Schol. Ran. 53, unde sequitur hanc comoediam doctam esse Ol. 92, 1 et Helenam Ol. 91, 4. De Avibus memorat hypothesis *ἐπὶ Χαβρίου καθῆκεν εἰς ἄστυ*, i. e. Ol. 91, 2. Cf. Schol. Av. 348. Kock. Einl. p. 32. Quae cum ita sint neque verisimile sit Euripidem obtrectatorem suum Aristophanem imitatum esse, statuamus necesse est utrumque poetam e communi hausisse fonte, quod etiam Taeubero videbatur. Quinam fuerit latet.

Extant complures poetarum loci qui quidem eiusmodi sunt ut ex iis versus Euripidis et Aristophanis manasse affirmare non ausim, nonnulla tamen habent cum his communia.

Chorum ducat Homerus, qui Od. XIX 518 sqq.

ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδών
καλὸν ἀείδῃσιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο,
δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν,
ἥ τε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν,
παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον, ὅν ποτε χαλκῷ
κτεῖνε δι' ἀφραδίας κτέ.

Aesch. Agam. 1142: *οἷά τις ξουθὰ* | *ἀκόρετος βοᾶς, φεῦ, τα-*

λαίναις φρεσὶν | Ἴτυν, Ἴτυν στένουσ' ἀμφιθαλῆ κακοῖς ἀηδὼν βίον. Cf. Suppl. 65 sqq.

Soph. El. 147: ἀλλ' ἐμέ γ' ἁ στονόεσσ' ἄραρεν φρένας, | ἃ Ἴτυν, αἰὲν Ἴτυν ὀλοφύρεται, | ὄρνις ἀτυζομένα. Cf. vs. 107, 1077; Ai. 629; Trach. 963.

Eurip. Phaeton. fr. 775 vs. 21 sqq.: μέλπει δ' ἐν δένδρεσι λεπτὰν | ἀηδὼν ἁρμονίαν | ὀρθρευομένα γόοις | Ἴτυν Ἴτυν πολύθρηνον. | σύριγγας δ' οὐριβάται | κινοῦσιν ποίμνας ἐλάται, cui loco prope accedit Rhes. 547 sqq.

Quibus adde Babrii fab. 12.

Homerum vel alium poetam qui Homeri verbis usus erat, (Thuc. II 29) imitatus est Catullus, Carm. 45 vs. 14:

„*Qualia sub densis ramorum concinit umbris*
„*Daulias, absumti fata gemens Ityli.*"

et fortasse Virgilius, Georg. IV 511:

„*Qualis populea moerens Philomela sub umbra*
„*Amissos queritur foetus.*" et 513:
„*at illa*
„*flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen*
„*integrat,*"

Verum aliud carmen erat quod Latine expressit Horatius, Carm. IV 12:

„*Nidum ponit Ityn flebiliter gemens,*
„*infelix avis,*" cet.

Comparari potest Eur. Phaet. l. l. nisi quod hic tempus matutinum, Horatius ver celebrat.

His omnibus collatis non in temeritatis crimen incurret qui coniciat antiquitus extitisse carmen aliquod vernale, quod lusciniae cantum celebraret et cuius ea verba quae Aristophani cum Euripide communia sunt, pars fuerint.

Vs. 250. ὧν τ' ἐπὶ πόντιον οἶδμα θαλάσσης
φῦλα μετ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται.

Schol. ἔστι δὲ παρὰ τὰ Ἀλκμᾶνος: ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἄνθος ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτᾶται. Alcm. fr. 26 Bergk. p. 843.

Vs. 275. νὴ Δί' ἕτερος δῆτα χοὖτος ἔξεδρον χώραν ἔχων.

Schol. Ἐκ τῆς Σοφοκλέους δευτέρας Τυροῦς ἀρχή:

τίς ὄρνις οὗτος ἔξεδρον χώραν ἔχων;

Quae non sine causa Nauckium offenderunt qui, fr. 588 „Errant qui τίς ὄρνις οὗτος κτέ. Sophoclei dramatis initium „fuisse tradunt." Vocabulum ἀρχή post ἐκ τῆς Σ. Τ. suspectum est, neque video qui „quae haec avis (est) peregrina?" dramatis initium fuisse potuerit. Kock. a. h. l. dubitanter: „Der Anfang der zweiten Tyro soll gelautet haben (vgl. „jedoch N. l. l.) τίς κτέ, womit Tyro ihr *unstetes Leben* zu „beklagen scheint." Verum si tragicus avem nido pulsam, hic illic vagantem dicere voluisset, non, opinor, ἔξεδρον χώραν ἔχων dixisset, neque οὗτος ipsi tragoediae initio aptum est. Welckero οὕτως placuit, Gr. trag. I p. 316, ubi „Aristopha„nes spielt vielleicht auch schon vs. 169 auf den Anfang „der Zweyten Tyro an"; dubito tamen num οὕτως ἔξεδρος dici possit. Nauck. l. l. „ὄρνις delendum puto; ἀρχή corruptum, „fortasse ex ἄθρει."

Vs. 276. τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἄτοπος ὄρνις ὀριβάτης;

Haec verba, quae vulgo Peithetaero tribuuntur, ita distinguit Kock ut legatur: Peith. τίς ποτ' ἔσθ'; Up. ὁ μουσόμαντις. Peith. ἄτοπος ὄρνις ἀβροβάτης. Recte ut mihi videtur.

Schol. παρὰ τὰ ἐξ Ἠδωνῶν Αἰσχύλου:

τί ποτ' ἔσται ὁ μουσόμαντις ἄλλο ἀβρατεὺς ὃν σθένει.

Varia tentarunt viri docti ut locum sanarent neque is sum qui tantas dispellere possim tenebras.

Ad 281 ἀλλ' οὗτος μέν ἐστι Φιλοκλέους. Schol. Οὗτος ὁ Φιλοκλῆς ἔποπα ἐσκεύασεν ἐν τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ. De hoc obscuro loco vid. Kock. a. h. l.

Vs. 321. ἥκετον δ' ἔχοντε πρέμνον πράγματος πελωρίου.

Πελώριος Homericum est „bei den Attikern sehr vereinzelt, „in der Komoedie nur hier. Der Vers hat eine fast aeschy- „leische Farbung". Recte Kock, qui similes locos attulit.

Vs. 348. καὶ δοῦναι ξύγχει Φορβᾷν.

Asclepiades qui scripsit haec ex Andromeda desumta esse iam ab alio Scholiasta refellitur quem non latebat Andromedam post Aves doctam esse. Cf. Thesm. 1033.

Simili errore vs. 423 σὰ γὰρ τὰ πάντα — δεῦρο e Phoen. 266 manasse contendit. Schol. 424 τὸ δὲ τῇδε — τοιοῦτον e schol. 348 exscriptum est, ubi verbi φησί subiectum est 'Ασκληπιάδης.

Vs. 570. βροντάτω νῦν ὁ μέγας Ζάν. Paratragoedia.

Vs. 575. Ἶριν δέ γ' Ὅμηρος ἔφασκ' ἰκέλην βῆναι τρήρωνι πελείῃ.
Ex Hom. Hymn. I 114. Cf. Dind. et Kock. a. h. l.

Vs. 609. πέντ' ἀνδρῶν γενεὰς ζώει λακέρυζα κορώνη.
Hesiodus ap. Plut. de Or. defectu. c. 11: ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη. κτέ.

Vs. 750. ἔνθεν ὡσπερεὶ μέλιττα
Φρύνιχος ἀμβροσίων μελέων ἀπεβόσκετο καρπόν,
[ἀεὶ φέρων γλυκεῖαν ᾠδάν.

Nauck, fr. trag. p. 561. „Phrynichei loci parodia manifesta: „quid mutarit Aristophanes nescimus." Eadem fortasse est origo versus antistrophici 781. εἷλε δὲ θάμβος ἄνακτας κτέ.
De vs. 800 ξουθὸς ἱππαλεκτρυών vid. ad Pac. 1177.

Vs. 808. τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς.
Schol. ὅλον τοῦτο ἐκ Μυρμιδόνων Αἰσχύλου, qui eadem addito ἁλισκόμεσθα dicentem facit aquilam sauciam. Fr. 135 N., 129 D.

Vs. 829. *καὶ πῶς ἂν ἔτι γένοιτ' ἂν εὔτακτος πόλις,*
ὅπου θεός, γυνὴ γεγονυῖα, πανοπλίαν
ἕστηκ' ἔχουσα, Κλεισθένης δὲ κερκίδα;

Sagaciter ut solet Fritsche (Act. Soc. Gr. I p. 144 ap. Welck. II p. 755) coniecit hos versus parodiam exhibere verborum Euripidis e Meleagro quibus olim in tragoedia coniunctum fuisset fr. 526. Welcker primum tantum versum e Meleagro sumtum et fragmento 526 praemittendum esse contendit. At hac coniectura non opus est. Fortasse cum haec scripsit Aristophanes recordabatur versus Sophoclis, fr. 606, *οὐ γάρ ποτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἀσφαλὴς πόλις*, aut Euripidis, Suppl. 447, *πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις;*

Vs. 842. *κωδωνοφορῶν περίτρεχε.*

Schol. *μήποτε δὲ παρακωμῳδεῖ τὸν Εὐριπίδου Παλαμήδην οὐ πρὸ πολλοῦ δεδιδαγμένον.* In Palamede mentio fiebat *τινῶν περιπολούντων σὺν κώδωσι τῆς νυκτός*, ut docet Harpocration ap. Dind. Eur. fr. 592.

Vs. 851. *ὁμορροθῶ, ξυνθέλω.*

Insunt huic comoediae carmina chorica quae tragoediam sapiunt, v. c. 451 sqq., quae tamen an revera parodiam contineant diiudicare non possumus. Verum ad vs. 851 Schol. *ὁμορροθῶ*: *Σοφοκλέους ἐκ Πηλέως* et ad vs. 857 *Πυθιὰς βοά*: *καὶ τοῦτο δὲ ἐκ Πηλέως.* Fr. 446 N., 435 D. Quid e vss. 852 sqq. Sophoclis fuerit non liquet. Quae subiungit poeta *συμπαραινέσας ἔχω* Sophoclea esse possunt, non tamen hoc schema unius Sophoclis proprium est, cf. Eur. Heracl. 436, Troad. 1150, et v. Herw. ad Ion. 230.

Vs. 865 *εὔχεσθε δὲ Ἑστίᾳ κτέ.* Parodia est precum, quas Ionica dialecto recitabant sacrificaturi.

Vs. 904 sqq. Νεφελοκοκκυγίαν τὰν εὐδαίμονα
κλῆσον, ὦ Μοῦσα, τεαῖς ἐν ὕμνων ἀοιδαῖς.

Parodia poematis lyrici. Cuiusnam nescimus. „Der Dich-„ter ahmt in seinem Preise Wolkengimpelheims ein Ge-„dicht Pindars auf die Gründung Aetnas durch Hieron (zu „vs. 926) nach" Kock. Similis parodia vss. 908, 921, 924, 936, 950.

Vs. 909. Μουσάων θεράπων ὀτρηρός,
κατὰ τὸν Ὅμηρον.

Notum est Homericum ὀτρηρὸς θεράπων. Schol. ἐπεπίστευτο δὲ καὶ ὁ Μαργίτης τοῦ Ὁμήρου εἶναι ἐν ᾧ εἴρηται: Μουσάων θεράπων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος. Cf. Hom. Hymn. XXXII. 20.

Vs. 926 sqq. σὺ δὲ πάτερ, κτίστορ Αἴτνας,
ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε.

Schol. ἐκ τῶν Πινδάρου ὑπορχημάτων. Bergk. fr. 82. ubi:
Σύνες ὅ τοι λέγω, ζαθέων ἱερῶν
ὁμώνυμε πάτερ, κτίστορ Αἴτνας·
Νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις ἀλᾶται Στράτων
ὃς ἁμαξοφόρητον οἶκον οὐ πέπαται.

De vs. 928 sqq. vid. Kock. a. h. l. et Mein. Vind. Ar. p. 104. Ex eodem carmine desumti sunt 941—943, νομάδεσσι — πέπαται, et 945 ξύνες ὅ τοι λέγω.

Vs. 967. Ἀλλ' ὅταν οἰκήσωσι λύκοι κτἑ. Parodia oraculorum ut Eq. 197. et passim.

Vs. 1058 sqq. ἤδη 'μοὶ τῷ παντόπτᾳ
καὶ παντάρχᾳ . . . . . θύσουσι.

Eadem epitheta Soph. Oed. Col. 1085. ἰὼ πάνταρχε θεῶν, παντόπτα Ζεῦ. Kock. An hunc locum respexerit Ar. non patet.

Vs. 1147. τί δῆτα πόδες ἂν οὐκ ἂν ἐργασαίατο;

Schol. παρὰ τὴν παροιμίαν: τί δῆτα χεῖρες — ἐργασαίατο; Quod Nauckio p. 657 e tragoedia repetitum videtur.

Vs. 1183. αἰθὴρ δονεῖται.

Locutio comicis non usitata. In Aristophane praeterquam hoc loco semel occurrit, in carmine Eccl. 949 δεινός τις ἔρως με δονεῖ. Ὑφαντοδόνατος Av. 943, ἀεροδόνητος et πτεροδόνητος Av. 1385, 1390 in parodia lyricorum. In reliqua comoedia δονεῖν semel legitur, in fragm. Mnesimachi, qui παρῳδῶν: ὀσμὴ σεμνὴ μυκτῆρα δονεῖ. Mein. III p. 570, vs. 60. Saepius in Homero, ut Il. XII 157: νέφεα σκιόεντα δονήσας, atque in Pindari et Theocriti carminibus. Utitur eo Aeschylus (non Soph. neque Eur.) fr. 304 N., 321 D. Videtur mihi αἰθὴρ δονεῖται e tragoedia petitum esse et eodem pertinere quo vs. 1197.

Vs. 1197. ὡς ἐγγὺς ἤδη δαίμονος πεδαρσίου
δίνης πτερωτὸς φθόγγος ἐξακούεται.

De hisce recte Nauck p. 657 „Tragicum colorem facile „agnoscimus." Tacent Scholia. Adiectivum πεδάρσιος non in Sophoclis neque in Euripidis tragoediis inveniri (quamquam hic πεδαίρειν habet) sed Aeschyleum esse, Prom. 269, 710, monet Kock. a. h. l. Metrum vss. 1188—1198 tragicum est. Paratragoedia videtur Kockio, sed vid. ad vs. 1494.

Vs. 1229. τὼ πτέρυγε ποῖ ναυστολεῖς;

Verbum ναυστολεῖν in Ar. comoediis non nisi ubi παρῳδεῖ, Thesm. 1101, sicut ναυσθλοῦσθαι Pac. 126. Occurrit apud Soph. et Eur.; ναύστολος ap. Aeschylum.

Vs. 1231. φράσουσα θύειν τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς
μηλοσφαγεῖν τε βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις
κνισᾶν τ' ἀγυιάς.

Recte Kock: „Auch diese Verse haben wieder ganz tragi„sche Färbung" Aesch. Choeph. 261, Soph. Oed. Col. 1495, Eur. Alc. 1156 et fragm. Plisthenis 630: μηλοσφαγεῖ τε δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις cuius meminisse videtur Aristophanes cum vs. 1232 scripsit. „Euripidem addidisse suspicor κνισᾷ „τ' ἀγυιάς" Nauck.

Vs. 1238. ὦ μῶρε, μῶρε, μὴ θεῶν κίνει φρένας
δείσας ὅπως μή σου γένος πανώλεθρον
Διὸς μακέλλῃ πᾶν ἀναστρέψει Δίκη.

Schol. Διὸς μακέλλῃ: τοῦτό φησι παρὰ τὸ Σοφόκλειον: χρυσῇ (?) μακέλλῃ Ζηνὸς ἐξαναστραφῇ. fr. 654 N., 767 D. Quae tamen verba cum Aristophaneis non ita conveniunt ut de imitatione cogitare liceat. Eodem iure affirmes poetam retulisse Aesch. Ag. 525: Τροίαν κατασκάψαντα τοῦ δικηφόρου | Διὸς μακέλλῃ.

Eiusdem orationis vs. 1238 ὦ μῶρε, κτέ Aeschyleam spirat gravitatem. Sequentia quoque:

Vs. 1241. λιγνὺς δὲ σῶμα καὶ δόμων περιπτυχὰς
καταιθαλώσει σου Λικυμνίαις βολαῖς.

e tragoedia originem ducere nemo non vidit. Περιπτυχαὶ, ut observavit Kock apud unum Euripidem occurrit. Καταιθαλοῦν Aesch. fr. 155 N., 157 D., Prom. 992; Eur. Suppl. 640. Cf. Herwerd. ad Ion. 215.

Λικύμνιαι βολαὶ quae sint perdifficile est dictu. Referuntur a Scholiastis ad Euripideum drama Licymnium, sed quae ab iis nobis tradita sunt „partim corrupta sunt, partim ab in„terpretibus scripta, qui de Licymnio nihil scirent" (Nauck). Quid enim proficitur hisce: ἴσως ὁ Λικύμνιος ἐνεπύρισε τινῶν οἰκίας, aut: ἡμίφλεκτόν τινα εἰσάγει εἰς τοιοῦτό τι (τι λέγει Ven.) κεκεραυνωμένον ἀπὸ τῆς περιστάσεως ἐκείνης, aut: ἐν Λικυμνίῳ δράματι Εὐριπίδου εἰσήχθη τις κεραυνοβολούμενος? Neque Hesychius rem confecit qui: Λικ. βολ· τῶν ἐν τῷ Εὐριπίδου Λι-

κυμνίῳ μνημονεύοι ἂν ἴσως. κεραυνοῦται γὰρ ἡ ναῦς κατὰ τὸν ἐκεῖ λόγον, οὐχ ὡς αὐτοῦ τοῦ Λικυμνίου [τῆς Φοκίδος] κατεσκευασμένου. Si enim non ipse Licymnius fulmine ictus est, comparatio Aristophanis misere claudicat. Licymnius, Electryonis et Mideae filius, Alcmenae frater, a Tlepolemo occisus traditur, vid ad. Nub. 1264.

Quae cum ita sint dubito num revera Euripideum Licymnium respexerit Aristophanes.

Memorantur alii Licymnii tres. I Rhetor, Plat. Phaedr. p. 267. qui excelluit novis figurarum et troporum rhetoricorum nominibus excogitandis (ὀνόματα Λικυμνίεια). II Poeta Chius, Ath. XIII c. 17, p. 564. III Histrio Aeschyli, Alciphr. III 48. 1. Sed horum nullius hoc loco ratio habenda est, ita ut prorsus obscurum sit quid voluerit Aristophanes.

Vs. 1244. Φέρ' ἴδω, πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα

Imitari videtur Eur. Alc. 675

ὦ παῖ, τίν' αὐχεῖς, πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα
κακοῖς ἐλαύνειν ἀργυρώνητον σέθεν;

Vs. 1246. ἆρ' οἶσθ' ὅτι Ζεύς εἴ με λυπήσει πέρα,
μέλαθρα μὲν αὐτοῦ καὶ δόμους Ἀμφίονος
καταιθαλώσω πυρφόροισιν αἐτοῖς.

Schol. καὶ δόμους Ἀμφίονος: Ἐκ Νιόβης Αἰσχύλου. ἐξέρριπται δὲ τὸ Ἀμφίονος ἐκ μονῳδίας. Herm.: ἐνέρραπται et παρῳδίας. Cum plura h. l. tragoediae debeantur, coniecit Hermann ap. Wagn. fr. Niob. VII, Aeschyleo Tantalo, Niobes patri, tribuendos esse vss. 1238—1240 et 1247, 1248, quos ita restituit: αὐτὸς δὲ μέλαθρα καὶ δόμους Ἀμφίονος | καταιθαλώσῃ πυρφόροισιν αἐτοῖς. Alii aliter. Cf. Welcker. Aesch. tril. p. 341. Non tantum tria verba καὶ δόμους Ἀμφίονος sed sequentia etiam e tragoedia derivata esse verisimile est.

Vs. 1321. ἀγανόφρονος Ἡσυχίας.

Nauck p. 658 in fragmentorum tragicorum numerum recepit. Quo argumento ductus receperit non addidit. Recte contulit Kock. Pind. Ol. XIII 6, Pyth. VIII 1 et fr. 86 Bergk. Cf. Ar. Lys. 1289 ἡσυχίας — μεγαλόφρονος. Correxit Reisig ἀγανόφρονος.

Vs. 1337. γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας
ὡς ἂν ποταθείην ὑπὲρ (αἰθέρος Mein. Kock.) ἀτρυγέτου
γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας.

Schol. ad γεν. ἀετ. Ἐν τοῖς Καλλιστράτου, ταῦτα ἐξ Οἰνομάου τοῦ Σοφοκλέους. Fr. 432 N., 423 D. Tres versus e Sophocle petitos esse verisimile est. Versus 1338, 1339 e margine in textum Avium irrepsisse suspicatur Kock.

Saepissime talia vota in tragoedia occurrere vidimus ad Vesp. 317. Cf. Eur. Hipp. 732 sqq., Ar. Av. 1380.

Vs. 1372. ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις.

Schol. ταῦτα παρὰ τὰ Ἀνακρέοντος: ἀναπέτομαι κτέ. Sequitur: διὰ τὸν Ἔρωτ'· οὐ γὰρ ἐμοὶ παῖς ἐθέλει συνηβᾶν. Bergk. Anacr. 24.

Vs. 1381. παῦται μελῳδῶν.

Verba Zethi in Antiopa Eur., fr. 188, ut monuit Ribbeck. Confert Kock fr. com. anon. Mein. IV p. 659 παῦσαι μελῳδοῦσ' ἀλλὰ πεζῇ μοι φράσον.

Vs. 1410. ὄρνιθές τινες οἵδ' οὐδὲν ἔχοντες πτεροποίκιλοι
τανυσίπτερε ποικίλα χελιδοῖ.

Schol. παρὰ τὰ Ἀλκαίου. Bergk. fr. Alc. 84. p. 954
ὄρνιθες τίνες οἵδ' ὠκεανῶ γᾶς ἀπὸ περράτων
ἦλθον πανέλοπες ποικιλόδειροι τανυσίπτεροι;

Vs. 1420. πτερῶν, πτερῶν δεῖ, μὴ πύθῃ τὸ δεύτερον.

Schol. παρὰ τὸ Αἰσχύλου ἐκ Μυρμιδόνων „ὅπλων, ὅπλων δεῖ." Fr. 136 N., 140 D. Sequentia μὴ — δεύτερον hisce iungenda esse monuit Kock. Verba sunt Achillis mortem Patrocli ulturi.

Vs. 1426. ὑπαὶ πτερύγων.

Ad. Ach. 970 ὑπαὶ πτερύγων κιχλᾶν καὶ κοψίχων, Schol.: μιμεῖται δὲ τὸ μέλος. Carmen non servatum est.

Qui vs. 1445 dicit filium ἐπὶ τραγῳδίᾳ | ἀνεπτερῶσθαι καὶ πεποτῆσθαι τὰς φρένας, lyricam vel tragicam dictionem imitatur. Cf. Eur. El. 177.

De 1470 πολλὰ δὴ κτέ. Vid. ad vs. 1494.

Vs. 1494. In scenam prodit Prometheus, velato capite, metuens ne se Iupiter animadvertat, deinde postquam quis sit Peithethaero aperuit, umbellam rogat qua se tegat, Peithetaerum certiorem facit Deos barbaros Jovi bellum intulisse hortaturque eum viam coeli ne prius patefaciat quam Jupiter τὴν Βασίλειαν tradiderit.

Saepius mihi vss. 1494 sqq. legenti videbantur haec omnia quae de Prometheo agunt revera faceta non esse neque summo comico digna nisi quodammodo cum Promethei historia cohaererent, i. e. veri Promethei parodiam continerent. Augebant hanc suspicionem carmina chorica 1470 sqq. et 1553 sqq. et multa quae in postrema comoediae parte supersunt vestigia Aeschyleae dictionis donec subiit cogitatio animum hic respici Aeschyli Prometheum, non Vinctum illum neque Solutum sed, dummodo probari posset quod olim Welckero videbatur, Prometheum πυρφόρον.

Non nisi dubitanter hanc in medium profero coniecturam, non ignarus multos viros doctos nullam umquam fuisse tragoediam Prometheum πυρφόρον censere. Argumenta tamen afferam, quae an satis firma sint peritiores diiudicent.

Προμηθέως πυρφόρου ter mentio fit. In Schol. Prom. 94 *τὸν μυριετῆ· πολυετῆ, ἐν γὰρ τῷ Πυρφόρῳ τρεῖς μυριάδας φησὶ δεδέσθαι αὐτόν.* Deinde Gell. Noct. Att. XIII 18 „Id quoque „animadvertimus apud Aeschylum *ἐν τῷ πυρφόρῳ Προμηθεῖ.* cet." Memoratur denique in catalogo codicis Medicei.

His testimoniis nisus Welcker (*Aesch. tril.*) affirmavit *τὸν Πυρφόρον* tragoediam fuisse Aeschyleam. Haec fere argumentatur: Superstes Prometheus primum trilogiae drama esse nequit; praecesserit aliud necesse est in quo descriptum fuerit facinus quod Jovis iram moverit, raptus ignis; atqui e Gellio constat (in Schol. Prom. 94 pro *πυρφόρῳ* legit *λυομένῳ*) extitisse olim drama Π. *πυρφόρον*; nihil igitur impedit quo minus statuamus hanc esse quam quaerimus tragoediam cuius etiam meminisse videtur Cicero Tusc. Quaest. II 10: „Veniat „Aeschylus non poeta solum sed etiam Pythagoreus, sic „enim accepimus. Quomodo fert apud eum Prometheus do„lorem, quem excipit ob furtum Lemnium cet.?"

Welckerum acerrime impugnavit G. Hermannus, ne Prometheum solutum quidem cum Vincto cohaerere arbitratus, (G. H. De Prometheo soluto. 1828) qui quamquam postea ita sententiam mutavit ut trilogiam fuisse Prometheum concederet (Bernhardy II 2 p. 276), alii viri docti causam susceperunt inprimis ut probarent Προμ. *πυρφόρον* minime primam trilogiae fuisse tragoediam. In his G. Dindorf (vita Soph. Ed. Oxon. 1860. vol. VIII p. LXII) qui haec scripsit: „*Fabulam de Prometheo Aeschylus duabus tractavit tragoediis,* Προμηθεῖ δεσμώτῃ *quae superest et* Πρ. λυομένῳ *cuius fragmenta nonnulla supersunt, primo et secundo vel secundo et tertio in tetralogia locis positis et alia addita, cuius nomen nescimus, tragoedia. Nam quod viri docti non pauci, ut trilogiam conficerent Prometheam, excogitarunt tertiam huius trilogiae fabulam* Πρ. πυρκαέα *fuisse, prorsus ex nihilo fictum est ut monui ad Aesch. fr.* 187, *p.* 288 *ed. Oxon. Nititur enim verbis Pollucis* 9. 56:

ὁ δ' ἐμπρήσας τάχ' ἂν πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο κατ' Αἰσχύλον καὶ Σοφοκλέα, οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δράματα, τὸν μὲν τὸν Προμηθέα, τὸν δὲ τὸν Ναύπλιον. Quod aptissimum Nauplio Sophocleo, qui naves concremavit, epitheton fuit, ineptum vero est Prometheo qui nihil huiusmodi commisit sed ignem Jovi surreptum cum mortalibus communicavit, quam fabulae Prometheae partem, aptissimam iocis lusibusque Satyrorum Aeschylus tractavit in Prometheo eo qui trilogiae tragicae ex Phineo, Persis et Glauco Potniensi compositae (Ol. 76, 1) adiectus fuit, ut ex didascalia Persarum novimus; qui Prometheus πυρφόρος appellatus est ut a Prometheo δεσμώτῃ et Prometheo λυομένῳ distingueretur, fortasse post tetralogiam illam scriptis. Cui cognomini Pollux memoriae errore Πυρκαεύς substituit; ut non mirandum sit Prometheum πυρκαέα a nemine nisi Polluce memorari, qui errorem repetiit X 64, ubi versum λινᾶ δέ, πίσσα κῶμολίνου μακροὶ τόνοι ex Prom. πυρκαεῖ affert, quum πυρφόρῳ dicere debuisset. Quod autem Πρ. πυρφόρος tribus adiectus fuit tragoediis, quae nihil cum Prometheo commune habent, ipsum quoque quodammodo indicio est fabulam de Prometheo Aeschylo non esse visam sufficere ad tres tragoedias componendas. Nam si trilogiam scripsisset, qualem viri docti finxerunt, quarto loco Πρ. πυρφόρον addere potuisset, etsi inverso ordine, quemadmodum tetralogiae Oedipodeae, ex Laio, Oedipo et Septem adversus Thebas compositae, Σφίγγα σατυρικήν adiecit, ordine pariter inverso."

De singulis videamus

1. Eorum quae postremo loco affert D. vim non assequor. Non enim video quomodo Aeschylus trilogiae Πυρφ., Δεσμ., Λυομ. drama addere potuisset satyricum quod idem haberet argumentum ac prima tragoedia.

2. Nomen „*πυρκαεύς*" Polluci deberi nihil est nisi coniectura quae non firmatur argumento a Dindorfio allato. Quod dicit: „aptissimum Nauplio Sophocleo, qui naves con„cremavit, epitheton fuit, ineptum vero est Prometheo" in

eo fallitur. Nauplius enim nullas concremavit naves. E fragmentis tale quid voluisse Sophoclem nemo eliciet et sicut aliunde luculenter apparet, Nauplius, ut Hygini (fab, 116) utar verbis, „tamquam auxilium iis (i. e. Danais) afferret „facem ardentem eo loco extulit, quo saxa acuta et locus „periculosissimus erat," ut Graecos falleret et in scopulos adduceret naves, cf. Eur. Hel. 1126 sqq. Itaque si aptissimum fuerit hoc epitheton Nauplio, fuit etiam Prometheo, in cuius honorem λαμπαδοδρομία fiebat, Schol. Ran. 131. Praeterea etiamsi statuimus hoc nomen Polluci deberi, nihil inde sequitur quod litem dirimat. Tenendum enim est drama satyricum antiquitus simpliciter „Prometheus" inscriptum fuisse et ex eo quod cognomen aliquod finxerit Pollux, neque drama, quod Πυρκαεύς appellaverit, revera Πρ. πυρφόρον fuisse efficere licet, neque τὸν πυρφόρον fuisse illud drama satyricum quod Persarum trilogiae additum fuerit.

3. Quidni igitur Pr. πυρφόρος prima trilogiae tragoedia fuerit? Iterum audiamus Dindorfium, Poet. Scen. Gr. Ed. Lips. 1868, p. 113: „*De vana multorum opinione, qui tetralogiam* „*Prometheum ex tribus tragoediis πυρφόρῳ, δεσμώτῃ, λυομένῳ* „*(licet in δεσμώτῃ res Promethei ita exponantur ut nullam* „*aliam fabulam praecessisse appareat) et fabula satyrica ignota* „*compositam finxerunt ..... dixi in Vita Sophoclis l. l.*" Idem fere Wecklein. Aesch. Prom. 1872, p. 17: „Allein einmal „enthält der Πρ. δεσμώτης keine Voraussetzung, vielmehr ist „darin die Exposition und die Erzählung der vorausliegenden „Begebenheiten von der Art, dass eine vorhergehende Dar„stellung derselben Begebenheiten als ästhetische Unmöglich„keit erscheint." Grave hoc videtur argumentum, sed, me quidem iudice, prima tantum specie grave est.

Si revera Prometheus vinctus in colloquio cum Nereidibus et Io historiam furti narrasset, statim concederem vanam esse quam supra memoravi Welckeri de πυρφόρῳ sententiam. Sed

aliter omnino res se habet. Verum quidem est Prometheum fuse describere quae sibi debeant mortales, vss. 229 sqq., 442 sqq. Sed beneficia ibi memorat quibus post ignis donum homines gaudent, scientias dico et artes, quae in prima trilogiae tragoedia describi non potuerunt, quippe quae diu post, sensim paulatimque ad homines pervenerint. *Furtum Lemnium, quod horum beneficiorum principium fuit et quasi fundamentum, vs. 110 sqq., in Prometheo vincto non sedulo describitur.* Tangitur quidem, v. c. vs. 7, ubi Kratos ut bilem Hephaesti moveat:

τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας
θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν·

vss. 110 et 252, ubi Prometheus:

ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς
πήγην κλοπαίαν κτέ.
πρὸς τοῖσδε μέντοι πῦρ ἐγώ σφιν ὤπασα.

verum hi loci non eiusmodi sunt ut appareat nullum umquam praecessisse drama. Quid, si simile quid invenimus v. c. in Eumenidibus Aeschyli? Praecessisse Choephoras nemo negabit; attamen vss. 455 sqq. fusius quam in Prometheo exponitur quid factum sit; ibi enim Orestes:

455 *'Αργεῖός εἰμι, πατέρα δ' ἱστορεῖς καλῶς*
'Αγαμέμνον'
459 *ἀλλά νιν κελαινόφρων ἐμὴ*
μήτηρ κατέκτα κτέ.
462 *κἀγὼ κατελθών, τὸν πρὸ τοῦ φεύγων χρόνον,*
ἔκτεινα τὴν τεκοῦσαν κτέ.

Aliud exemplum praebet Prometheus Solutus. Inspice quos nobis servavit Aeschyli versus Cicero, Tusc. Quaest. II 10, fr. 187 N., 193 D.:

„adspicite religatum asperis
„vinctumque saxis, navem ut horrisono freto
„noctem paventes timidi adnectunt navitae.

„Saturnius me sic infixit Juppiter,
„Jovisque numen Mulcibri adscivit manus,
„hos ille cuneos fabrica crudeli inserens
„perrupit artus. cet."

Non tamen inde efficies nullum praecessisse drama Πρ. δεσμώτην. Solutum enim et Vinctum inter se cohaerere, unius esse trilogiae, iam inter omnes constat. Quid multis? Leges aesthetices Welckeri sententiae de tragoedia πυρφόρῳ nos assentiri non vetant; contra ad eas provocare licet. Mutila enim evadit trilogia si, quod Dindorfio videtur, duabus de Prometheo tragoediis tertiam addiderit Aeschylus, quae cum hisce nihil aut parum commune haberet.

4. Aliud insuper attulit argumentum Wecklein. In eo tantum cum Dindorfio facit quod *primam* trilogiae tragoediam τὸν πυρφόρον fuisse negat sed deinde ab eo recedit praeeunte Westphalio. (Prolegom. zu Aesch. trag. 1869. p. 216 sqq.) *Tragoediam* fuisse censet, verum non *primam* sed *tertiam*. Post ea quae citavi verba sic pergit: „dann gibt die Notiz des „Schol. zu Prom. 94 ἐν γὰρ τῷ πυρφόρῳ τρεῖς μυριάδας φησὶ „δεδέσθαι αὐτόν — wenn man nicht zu dem bedenklichen Auskunftmittel greift mit Welcker ἐν τῷ λυομένῳ zu corrigiren — „nicht nur den Beweis das Πρ. πυρφ. eine Tragoedie gewesen „ist..... sondern lässt auch deutlich erkennen dass die Bestrafung des Prometheus dem Inhalt des Πρ. πυρφ. voraus„geht und darin als eine Thatsache der Vergangenheit (δε„δέσθαι) erzählt war. Demnach muss man den Πρ. πυρφ. als „ein Schlusstuck der Trilogie betrachten. In demselben muss „Prom. als Attischer Culturgott als πυρφόρος θεὸς Τιτὰν Προ„μηθεύς (Soph. Oed. Col. 55) gefeiert worden sein, und das „Ganze kann mit der Einsetzung der Προμηθεῖα und des „Fackelwettlaufes geschlossen haben, wie die Orestie mit der „Einsetzung des Cultus der Eumeniden."

De postremis iam Dindorf l. l. p. 114: „Alii Προμηθέα

„πυρφόρον tertiam fuisse crediderunt tetralogiae fabulam, nomine non propter furtum ignis imposito, sed ad λαμπαδοδρομίας, Athenis in honorem Promethei quotannis celebratas „referendo; quod institutum memorari poterat in extrema parte „Πρ. λυομένου (in qua etiam de corona Promethei sermo fuit: „vid. fr. 204), ut honores Euminidibus habendi in fine fa„bulae cognominis, quae sollemni pompa clauditur, exponun„tur, sed quomodo integrae tragoediae componendae, eique „tali quales Aeschylus facere solebat, sufficere potuerit non „perspicitur."

Quod verissimum est. At superest Westphalii de usu temporis perfecti observatio. Quae minime neglegenda est, neque dubitarem in doctissimi scriptoris sententiam pedibus ire nisi graviora obstarent. Vereor enim ne, si Westphalium sequamur, Scyllam fugientes in Charybdin delabamur. Nam misere claudicat trilogia si primae tragoediae non culpa sed poena argumentum fuerit, quod Nauckio quoque visum est qui Fr. trag. p. 47: „Vix igitur dubitari potest quin primum huius „trilogiae locum tenuerit πυρφόρος, medium δεσμώτης, ter„tium λυόμενος."

Cum autem a grammaticis saepissime aut inscitia aut incuria peccatum esse constet, statuere malim hic quoque Scholiastam aut errasse πυρφόρον pro λυομένῳ scribentem, aut minus accurate, cum perfecto δεδέσθαι uteretur, suam enuntiasse sententiam.

Iam redeamus ad Aves et videamus quam concinne omnia cohaereant et quam apte multa interpretari possimus si tragoediae de qua diximus parodiam huic Avium parti inesse ponimus. Si nihil aliud voluit poeta nisi cachinnos theatri commovere ridiculo herois cum umbella ambulantis spectaculo, persona Promethei vss. 1494 sqq. omnino est τῆς φορτικῆς κωμῳδίας, quae si non ab omnibus Aristophanis comoediis,

certe ab elegantissimis et venustissimis Avibus aliena videtur; imo tam mirum est hocce inventum ut spectatores non fuisse intellecturos quare excogitasset, unde hausisset et quid tandem peteret, arbitrer.

Sed perspicua fiunt omnia et salva est facetia, si sub Aristophanis Prometheo delitescit Aeschyleus, qui clam Jove in Lemno insula montem Mosychlum adscendit et ex Vulcani officina scintillas rapuit. Quamnam sibi ille induerit speciem, an velarit caput ne a Diis agnosceretur non tradiderunt mythographi sed λάθρα Διός (Apoll. Bibl. I 7, 1) eum egisse notum est.

In colloquio cum Peithetaero originem Aeschyleam habuit fortasse vocabulum βουλυτός (Homeri est βουλυτόνδε) et deinde consilium Promethei vs. 1534 sqq., ubi adhortatur aves ne cum Jove paciscantur nisi iis Basileam tradiderit, quae adhortatio suam demum vim habet si poeta ludit iis quae in Prom. πυρφ. dicta essent de potentia quam suis beneficiis Prometheus Diis eriperet et cum hominibus communicaret. Concedendum est quidem nusquam in P. Vincto dicere Prometheum imperium Jovis furto Lemnio eversum iri neque τὴν Διὸς τυραννίδα ad homines translatum iri (cum huius imperii exitus aliam haberet causam, matrimonium Jovis), at potuit tamen P. in πυρφ. superbia elatus gloriari se per artes scientiasque homines regni Jovis participes facturum esse, neque ab eius charactere abhorret exclamatio: ἀπόλωλεν (in trag. ὄλωλεν) ὁ Ζεύς vs. 1514, i. e. actum est de Jovis potestate, quam Peithethaerus tanquam mortis nuntium accepit. Versus 1547

μισῶ δ' ἅπαντας τοὺς θεούς, ὡς οἶσθα σύ

in memoriam revocat Prom. 975.

ἁπλῷ λόγῳ τοὺς πάντας ἐχθαίρω θεούς.

Sed luculentius apparet parodia in carminibus choricis 1470 sqq. 1553 sqq. Describit ibi poeta abditas terrae partes quae cum Avium argumento nihil commune habent, aptissi-

mum contra in Aeschylei Promethei historia tenent locum si involucra parodiae amovemus et vera restituimus nomina, quae nunc quasi per caliginem videmus.

In utrumque quem novimus Prometheum multae occurrunt notae geographicae, ita ut minime sit mirandum nonnullas etiam in Πυρφόρῳ inveniri, in quo dramate via esset monstranda qua abducendus esset Prometheus in χθονὸς τηλουρὸν πέδον. Haec orbis terrarum pars ad septentriones vergebat; in eadem regione inveniuntur loca a choro enumerata.

1473. ἔστι γὰρ δένδρον πεφυκὸς
..... καρδίας ἀ-
πωτέρω.

Cardia est urbs Chersonesi Thracici, Herod. VI 33. Thraciam Triballi (vs. 1529) incolunt. Strabo VII p. 295, 305.

1482. ἔστι δ' αὖ χώρα πρὸς αὐτῷ
τῷ σκότῳ πόρρω τις ἐν
τῇ λύχνων ἐρημίᾳ.

quae etiam si tacuisset scholiasta unusquisque pro ἐν τῇ Σκυθῶν ἐρημίᾳ dicta esse intellegeret. Pergit poeta:

ἔνθα τοῖς ἥρωσιν ἄνθρω-
ποι ξυναριστῶσι καὶ ξύν-
εισι.

Quaenam sit illa regio nos docet Pindarus Pyth. X 30

ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν τάχ' εὕροις
ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶνα θαυμαστὰν ὁδόν.
παρ' οἷς ποτε Περσεὺς ἐδαίσατο λαγέτας,
δώματ' ἐσελθών.

Arbor vs. 1473 quae sit eruere non potui. Nimium differt arbor Argippaeorum, Herod. IV 23, quae tempore hiemali obtegitur velamine lanae coactae, vernali retegitur.

Investigandum est deinde qui sint Σκιάποδες.

Vs. 1553. πρὸς δὲ τοῖς Σκιάποσιν λί-
μνη τις ἔστι κτέ.

Nota est ridicula gens Sciapodum, qui, ut serio refert Scholiasta, *τετραποδηδὸν βαδίζοντες ἀνορθοῦσι τὸν ἕτερον τῶν ποδῶν καὶ κατασκιάζουσι τὸ λοιπὸν σῶμα*, vel, ut Harpocration ap. Kock. a. h. l., *τοὺς πόδας ὥσπερ οἱ χῆνες ἔχουσι, κάρτα πλατέας, καὶ ὅταν θέρμη ᾖ, ὕπτιοι ἀναπεσόντες ἄραντες τὰ σκέλη σκιάζονται τοῖς ποσίν*. At subit quaestio quam ob causam hoc loco huius gentis mentio fiat in cuius vicinia *ψυχοπομπεῖον* non inveniebatur et quare chorus Ulyssis exemplum afferat, denique quae sit illa *λίμνη*.

Suspicatur Welcker, Aesch. tril. p. 55, hanc esse *λίμνην παντοτρόφον Αἰθιόπων*, fr. Prom. Sol. 186 N., 192 D., quae tamen coniectura non verisimilis est, nam praeter vocabulum *λίμνη* omnia dissimilia sunt.

Viam nobis monstrat, nisi fallor, nomen Ulyssis vs. 1561. Legimus Od. XI 13 sqq.

Ἡ δ' ἐς πείραθ' ἵκανε βαθυρρόου Ὠκεανοῖο.
ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε,
ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι· οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος Φαέθων καταδέρκεται ἀκτίνεσσιν,
οὔθ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα
οὔθ' ὅτ' ἂν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται,
ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Ibi prope *ῥόον Ὠκεανοῖο* considit Ulysses mortuorum animas expectans.

Dicam quod sentio.

Obscuris chori verbis vss. 1553 sqq. lux affulget si statuimus Aeschylum in Prom. Ignifero, in describenda qua Prometheus abducendus erat via, tetigisse agros Cimmeriorum et, Homericae poeseos memorem, in memoriam revocasse adventum Ulyssis *ψυχομαντείας* causa.

At iam statim dicat aliquis hoc nequaquam verisimile esse quia regio Cimmeriorum, cuius mentio fit in Homero, non prope Scythas et Hyperboreos sita sit sed in extremo occi-

dente, et afferat Od. X 507, ubi legimus Ulyssem ab insula Circes profectum non austro navigasse sed aquilone, itaque regionem petivisse inter occasum solis et meridiem sitam. Cui respondeo hanc revera fuisse opinionem poetae qui Νέκυιαν fecit, inde vero non sequi Aeschylum quoque hos Cimmerios in hac terrarum parte posuisse. Mirandum est profecto poetam Νεκυίας contra omnia veterum testimonia Cimmerios incolas habuisse regionis occidentem solem spectantis, et cum nullum usquam hac de re testimonium reperiatur praeter Odysseae locum allatum, verisimile mihi videtur poetam duas res diversas confudisse et coniunxisse, tenebras occidentis et noctem Cimmeriorum [1]).

Sed utut est, certum est Aeschylum Cimmerios novisse sub septentrionibus habitantes, Prom. 730; nulla igitur difficultate premitur coniectura Aeschylum, qui ex Homero noverat Ulyssem hunc populum adiisse, de veris Cimmeriis cogitasse et Cimmerici ψυχομαντείου in Promethei casibus describendis mentionem fecisse.

Quae si admittitur, λίμνη, vs. 1553 Avium, respondet Aeschyli λίμνῃ prope Isthmum Cimmericum qui etiam Prom. 729 occurrit, et Σκιάποδες detortum est epitheton ipsorum Cimmeriorum qui in umbra et tenebris vitam degunt ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι. Fortasse σκιαπόλους eos appellavit Aeschylus, sicut Bacchas νυκτιπόλους Euripides, Ion. 718.

Deinde in Aeschyli tragoedia non κάμηλον iugulavit Ulysses sed μῆλον, ad cuius sanguinem cum animae accedere cuperent (Od. XI 50), versu 1563 desideratur, si quid video, vocabulum αἷμα. Levissima est emendatio Kusteri pro τὸ λαῖμα

---

[1]) J. B. Friedreich (Realien i. d. Il. u. Od. p. 57): „Dass die kimmerische „Nacht auf den äussersten Norden der Erde hinweise, ist nicht zu läugnen, „und man kann allerdings vermuthen, das dem Dichter eine dunkle Sage von „der mehrere Monaten dauernde Nacht vorgeschwebt habe, ohne dass er an „ein bestimmtes Land dachte."

τοδ' αἷμα reponentis, at τόδε h. l. non aptum est. Suspicor τὸ αἷμα τῆς καμήλου interpretis esse glossema, quod e margine in textum irrepserit et genuina verba, quorum αἷμα erat, expulerit. Schol. 1563: Εὐφρόνιος. τὸν λαιμόν. καὶ γὰρ προείρηκεν ἧς λαιμοὺς τεμών. οἱ δέ, ὅτι τὸ αἷμα.

An in antistropha vs. 1694 sqq. lateant tragica verba sub πανούργῳ γένει 1694—1700 nescio. Suspicor tamen Γοργιῶν et Φιλίππων vs. 1701 parentes esse τοὺς γεωργοὺς Σκύθας, Herod. IV 18, et τὸ Φίλιππον γένος Scytharum, IV 2 sq. Sic Thraces Φίλιπποι dicuntur Eur. Hec. 9. Schol. 1701: τοῦ δὲ Φιλίππου καὶ ἐν Γεωργοῖς μνημονεύει Ἀρ.

In sequentibus quoque nonnihil occurrit quod tragicum habet characterem et Aeschyleae dictioni congruit, versus dico 1706—1719 quorum „ganz tragische Messung und Aus„drucksweise" non fugerunt Kockium, qui tamen: „ohne ir„gend ein bestimmtes Vorbild in der Tragödie nachzuahmen, „erhebt sich oft der Komische Ausdruck je nach dem Inhalt „zu echt tragischen Pathos."

Quam apte haec omnia, parodia excepta, de Prometheo ignifero intellegi possunt! Videmur nobis homines adspicere et audire salutantes heroëm cum igne appropinquantem.

Cum οὐ φατὸν λέγειν 1713 comparat Kock Aesch. Prom. 766 οὐ γὰρ ῥητὸν αὐδᾶσθαι τάδε.

Vs. 1715 ὀσμὴ δ'ἀνωνόμαστος ἐς βάθος κύκλου | χωρεῖ.

Sic Prom. 115 appropinquantibus Nereidibus Prometheus: τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής;

Vs. 1717 αὖραι διαψαίρουσι. Cf. Prom. 394.

Denique ut taceam de vss. 1747—1749, ea quae leguntur 1750

ὦ μέγα χρύσεον ἀστεροπῆς φάος,
ὦ Διὸς ἄμβροτον ἔγχος πυρφόρον,

non sunt Avium, quae matrimonium Peithetaeri celebrant, sed hominum, qui laudibus efferunt ignem in Prometheo πυρφόρῳ.

Ut totam hanc absolvam disputationem, in unumconferam alios

in hac Avium comoedia locos, qui ex Aeschylo desumti videntur. Inveniuntur in episodio Iridis, in quo qui leguntur versus tragici ad unam eandemque tragoediam pertinuisse verisimile est.

Advenit aliquis deorum, 1183 ῥύμη ..... αἰθὴρ δονεῖται et 1197 ὡς ἐγγὺς — ἐξακούεται; superbientem monet ne Jovis iram moveat, 1238 ὦ μῶρε, μῶρε κτέ.; in eo est homo ut bellum cum diis suscipiat, 1188 πόλεμος αἴρεται κτέ.; in quibus Aeschyli magis quam Euripidis genus loquendi agnoscitur, cum minime constet scholiastam verum vidisse qui 1240 e Sophocle petitum esse existimat et Λικυμνίας βολὰς ad drama Euripidis refert. Ex antecedentibus, praeeunte Kockio, indicavi vs. 320.

Praeterea auctores sunt scholiastae Aristophanem quinquies in hac comoedia Aeschyli verbis usum esse. Petiti sunt:

vs. 276 ex Edonis,
vss. 800, 807 et 1420 e Myrmidonibus,
vs. 1247 e Niobe.

Sophoclem tetigit vss. 100, 275, 851, 857, 1337 et observatu dignum est in Avibus paucissimos esse locos ubi certa reperiatur parodia Euripidis, quem in reliquis omnibus fabulis ridet et mordacibus lacessit iocis. Manifesta est parodia vss. 1244, et 1381, verisimilis est vs. 1231, incerta est vss. 829 et 842, non probabilis est vs. 1242, nulla est vss. 348, 423, 1720.

Vs. 1720. ἄναγε, δίεχε, πάραγε, πάρεχε.

Schol. χλευάζει δὲ παρὰ τὰ ἐκ Τρῳάδων Εὐριπίδου (vs. 308) „ἄνεχε, πάρεχε, φῶς φέρε."

Errat Scholiasta. Recte indicat Kock verba Aristophanis imperia esse a re militari petita. Quid sit πάρεχε non perspicuum est sed etiamsi vera sit, quod dubito, interpretatio πάρεχε φῶς i. e. τὸ φῶς ὃ νυμφίοις πρέπει, Eur. Iph. Aul. 733, nihil est quod unius vocabuli πάρεχε causa parodiam statuamus. Cf. quae disputavi ad Vesp. 1326.

LYSISTRATA.

Vs. 127. τί χρὼς τέτραπται; τί δάκρυον κατείβεται;

Gravior quam pro comoedia locutio. Χρώς hac „coloris" significatione Aristophani non in usu est; ubique χροιά scribit, ut Nub. 718, 1012, 1016, 1171. Χρὼς τρέπεται epicum est, Hom. Il. XIII 279, 284 et passim. Quia et δάκρυα εἴβειν sive κατείβειν Homericum est, parodiam epicam quam tragicam vocare malim.

Vs. 139. οὐδὲν γάρ ἐσμεν πλὴν Ποσειδῶν καὶ σκάφη.

Schol. εἰς τὴν Σοφοκλέους δὲ Τυρὼ ταῦτα συντείνει ἐκθεῖσαν τὰ τέκνα εἰς σκάφη (in duobus codd. εἰς σκάφος).

Tyro liberos suos quos e Neptuno (Schol. a. h. l. et Apoll. I 9, 8.) susceperat exposuisse in alveo ex Arist. Poet. c. 26 ap. D. fr. 576 efficere licet. Mirandum tamen est Aristophanem his verbis uti ut dicat, quae vera videtur scholiastae interpretatio, οὐδέν ἐσμεν εἰ μὴ συνουσιάζειν καὶ τίκτειν, praesertim cum loquantur mulieres nuptae, quae quamquam nonnunquam liberos exponerent, a maritis coactae tollere eos nolentibus, non tamen eos exponere solebant. Quid revera voluerit Aristophanes e paucis, quae nobis supersunt testimoniis eruere non possumus.

Confert Nauck fragm. Soph. 860 N., 682 D.: *ὡς οὐδέν ἐσμεν πλὴν σκιαῖς ἐοικότες.* At nimis a verbis Aristophanis discrepat.

Vs. 155. *ὁ γῶν Μενέλαος τᾶς Ἑλένας τὰ μᾶλά πα*
γυμνᾶς παρϊδὼν ἐξέβαλ', οἰῶ, τὸ ξίφος.

Rav. *πο.* v. Herw. Stud. Crit. p. 66: *ὁ γῶν Μενέλας τὰ μᾶλα τᾶς Ἑλένας ποκά.*

Notissimam hanc historiam fuisse apparet e verbis Aristophanis, cf. Vesp. 714, et e vase fictili in quo depicti sunt Helena et Menelaus qui ensem e manu abicit, vid. Lübke u. Caspar. Denkmäler der Kunst, B. Taf. IX n⁰. 8. Quam ob causam poetam non Eur. Andr. 628 respexisse opinor, *ἀλλ' ὡς ἐσεῖδες μαστὸν, ἐκβαλὼν ξίφος | φίλημ' ἐδέξω,* sed aliud poema in quo sedulo et uberius hac de re actum esset. Schol. *ἡ ἱστορία παρὰ Ἰβύκῳ. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ Λέσχης ὁ Πυρραῖος ἐν τῇ μικρᾷ Ἰλιάδι.* Schol. Vesp. 713: *ἡ δὲ ἱστορία παρ' Ἰβύκῳ καὶ Εὐριπίδῃ.* Cf. Epimetrum II.

Vs. 188. *εἰς ἀσπίδ', ὥσπερ φασὶν Αἰσχύλος ποτὲ,*
μηλοσφαγούσας.

V. Herw. *ὥσπερ ἔφρασεν.* Verba Aeschyli leguntur Sept. 43: *ταυροσφαγοῦντες ἐς μελάνδετον σάκος,* ubi *μηλοσφαγοῦντες* v. Herw.

Vs. 253. *ἄλλως γὰρ ἂν*
ἄμαχοι γυναῖκες καὶ μιαραὶ κεκλήμεθ' ἄν.

Similia vs. 1014 *οὐδέν ἐστι θηρίον γυναικὸς ἀμαχώτερον | οὐδὲ πῦρ, οὐδ' ὧδ' ἀναιδὴς οὐδεμία πόρδαλις.* An epitheta *ἄμαχοι* et *μιαραὶ* ex aliquo poemate attulerit Ar. non patet. Comparari possunt Eur. fr. 548 et 432. Eadem sententia legitur vs. 369.

Vs. 369. *οὐκ ἔστ' ἀνὴρ Εὐριπίδου σοφώτερος ποιητής·*
οὐδὲν γὰρ ὧδε θρέμμ' ἀναιδές ἐστιν ὡς γυναῖκες.

ubi, ut iam intellexit Enger, non opus est statuere ipsa Euri-

pidis verba allata esse. Ὦ θρέμμ' ἀναιδές Soph. El. 622. Cf. Thesm. 532, quae verba in memoriam revocant dictum Agamemnonis Hom. Od. XI 427, ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

Vs. 520. πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει Cf. 538. Hom Il. VI 492.

Vs. 632. καὶ φορήσω τὸ ξίφος τὸ λοιπὸν ἐν μύρτου κλαδί.

E carmine de Harm. et Aristog. Cf. Ach. 1093. Vesp. 1226.

Vs. 706. ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος.

Schol. ἄνασσα πράγους· ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου. Fr. 704. Quae Schol. Put. ad vs. 701 habet, ἐκ Τηλέφου Εὐριπ. sine dubio huc sunt transferenda. Fortasse his verbis chorus vel ipse Telephus adiit Clytaemnestram quae huic suaserat ut Orestem e cunabulis eriperet. Valckenaer, Diatr. p. 210, etiam versum sequentem τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων; Euripideum esse monuit et sic pergit „sed Euripidis dicendi „χαρακτήρ illic etiam in vicinis quibusdam apparet. Scholia „vulgatis meliora plura nobis, opinor, monstrarent." Quae verissima esse apparet si sequentia inspicimus usque ad 717.

Scholiasta nihil annotat nisi ad 713 ἀλλ' αἰσχρὸν εἰπεῖν καὶ σιωπῆσαι βαρύ: „ἐξ Εὐριπίδου." Fr. 876. Nescimus igitur quidnam imitatus sit Aristophanes et unde hauserit. A Telepho hi versus alieni esse videntur; fortasse e tragoedia desumti sunt in qua aliquis, ut v. c. Bellerophon, Hippolytus, Phoenix, de mulierum pravitate queritur. Cum vs. 713 conferendus est Aesch. Prom. 197 ἀλγεινὰ μέν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε ἄλγος δὲ σιγᾶν. Cf. ib. 106.

Vs. 742. ὦ πότνι' Εἰλείθυι' ἐπίσχες τοῦ τόκου,
ἕως ἂν εἰς ὅσιον μόλω 'γὼ χωρίον.

Ob productam primam in πότνια syllabam vs. 742 e tragici poetae fabula desumtum esse iure monuerunt viri docti. Cf. Eccl. 369. Ex Eur. Auge fortasse, ut coniecit Mein. Vind.

Ar. p. 129, qui *ἐπίσχε* legit pro *ἐπίσχες*, ut numeros tragicos restituat. Cf. Schol. Ran. 1080.

Sequentem quoque versum e tragoedia originem habere ostendit v. Herw. Append. ad St. crit. in Poet. Sc. Gr. p. 13. Verbum *μολεῖν* in senariis comicis non reperitur nisi Lys. 984, dialecto dorica, in Troilo Strattidis, Mein. II p. 778, *Ἦι μήποτε, ὦ παῖ Ζηνός, ἐς ταὐτὸν μόλῃς*, et in Milite Philemonis, Mein. IV p. 26, *ὡς ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ* | *λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα*. Utroque loco poeta *παρῳδεῖ*, ut apparet e genitivo *Ζηνὸς* et e comparatione loci Medeae Euripidis, vs. 57, quem detorsit Philemo. Vocabulum *πότνια* priore syllaba producta in senariis legitur etiam Eccl. 369 et in fragm. Philemonis, ap. Athen. XIV c. 53, p. 645, Mein. IV 21, in parodia.

Vs. 833. *ὦ πότνια, Κύπρου καὶ Κυθήρων καὶ Πάφου*
μεδέουσ'.

Numeri parodiam indicant nec minus epica vox *μεδέουσα*. Quod in codicibus legitur *ἄλλη ὦ* errori librarii debetur. Cf. Beer. Ueber die Zahl der Schauspieler bei Ar. p. 92.

Vs. 963. *ποία ψυχή, ποῖοι δ' ὄρχεις;*

Schol. *παρὰ τὰ ἐξ 'Ανδρομέδας.* „*ποῖαι λιβάδες, ποία σειρήν;*" fr. 116. Ex quo fragmento effici nequit Aristophanem revera locum Andromedae imitatum esse neque quid voluerit Euripides perspicere possumus. Coniectura *ψωλὴ* non opus est; amat enim poeta diversissima coniungere.

Vs. 1124. *ἐγὼ γυνὴ μέν εἰμι, νοῦς δ' ἔνεστί μοι·*
αὐτὴ δ' ἐμαυτῆς οὐ κακῶς γνώμης ἔχω,
τοὺς δ' ἐκ πατρός τε καὶ γεραιτέρων λόγους
πολλοὺς ἀκούσασ' οὐ μεμούσωμαι κακῶς.

Schol. ad vs. 1125 *ὁ στίχος ἐκ σοφῆς Μελανίππης Εὐριπίδου.*

Fr. 487. „Videntur quatuor versus allati aut desumpti esse „ex Euripide aut ad exemplum huius poetae compositi." Nauck. Vs. 1126 tamen non sicut nunc se habet ab Euripide scriptus est, ut apparet ex oratione Melanippes quam servavit Dion. Hal., fr. Eur. 488, *κοὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα*, quibus addantur ipsius Dionysii verba: *ἡ Μελανίππη σοφὴ, τό δρᾶμα Εὐριπίδου, ἐπιγέγραπται μὲν σοφὴ, ὅτι φιλοσοφεῖ καὶ διὰ τοῦτο τοιαύτης μητρός ἐστιν* (scil. Hippes, Chironis filiae) *ἵνα μὴ ἀπίθανος ᾖ ἡ φιλοσοφία.* Non igitur a patre Aeolo sed a matre philosophiam docta erat.

Vs. 1131. *Ὀλυμπίασιν, ἐν Πύλαις, Πυθοῖ* —

Schol. *ὅλος ὁ ἴαμβος λέλεκται ἐξ Ἐρεχθέως* i. e ex Euripidis Erechtheo. Docuerunt Nauck, fr. 365, et Meineke, Vind. Ar. p. 137, hanc annotationem adscriptam fuisse ad vs. 1135

εἷς μὲν λόγος μοι δεῦρ' ἀεὶ περαίνεται.

Attamen plura ex eodem dramate derivata sunt, quod non fugit Meinekium. Optime enim vss. 1133 (de quo Dind. in annot. in Schol.: „Tragicum colorem habet.") et 1134 Erechthei historiae congruunt. Bellum ortum erat inter Athenienses et Eleusinios; his auxilio venit Eumolpus cum Thracicis copiis. Apoll. III 15, 4. 4. Lycurg. c. Leocr. § 98 ap. N. p. 369. Eur. fr. 370.

Itaque fieri potest etiam vs. 1131 Euripideum esse. Versum 1130 quo minus huic addamus (Dind. l. l.) vetat pausa Porsoniana.

Vs. 1257. *πολὺς δ' ἀμφὶ τὰς γένυας ἀφρὸς ἤνσει.*

Schol. *πρὸς τὸ παρὰ τῷ Ἀρχιλόχῳ: „πολλὸς δ' ἀφρὸς ἦν περὶ στόμα" καὶ Σοφοκλῆς.* Quemnam Sophoclis locum respexerit Scholiasta non liquet. Fr. 1012 N., 914 D. Verba Archilochi ab Aristophaneis nimis discrepant quam ut de imitatione cogitari possit.

THESMOPHORIAZUSAE.

Vs. 13. Eur. *οὕτω ταῦτα διεκρίθη τότε·*
αἰθὴρ γὰρ ὅτε τὰ πρῶτα διεχωρίζετο
καὶ ζῷ' ἐν αὐτῷ ξυνετέκνου κινούμενα,
ᾧ μὲν βλέπειν χρὴ πρῶτ' ἐμηχανήσατο
ὀφθαλμὸν ἀντίμιμον ἡλίου τροχῷ,
ἀκοῇ δὲ χοάνην ὦτα διετετρήνατο.

Vs. 18 cum Dobraeo et Hillero, N. Jahrb. f. Phil. 1874 p. 173.

Ut appareat an hi versus, quos tragoediam sapere nemo non videt, ex Euripidis tragoedia fluxerint, videamus quid fuerit huius poetae hac de re placitum. Conferamus fr. Melan. 488:

ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία·
ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν ἐς φάος
δένδρη, πετεινά, θῆρας οὕς θ' ἅλμη τρέφει
γένος τε θνητῶν.

fr. Chrys. 836:

Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς Αἰθήρ,
ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
ἡ δ' ὑγροβόλους σταγόνας νοτίας
παραδεξαμένη τίκτει θνητούς,
τίκτει δὲ κτέ.

fr. 869:

ἀλλ' αἰθὴρ τίκτει σε, κόρα,
Ζεὺς ὃς ἀνθρώποις ὀνομάζεται.

fr. 1012:

Αἰθέρα καὶ Γαῖαν πάντων γενέτειραν ἀείδω.

Duo igitur sunt ex Euripidis sententia elementa, aether (quem et coelum vocat) et terra. Initio permixta deinde secreta sunt, ita ut aether terram circumdet, fr. 911, 935, 938. Ex fecundante aethere concipit terra et omnia gignit. Hominum animus ex aethere, corpus e terra originem ducit fr. 836.

Haec, si fides habenda est Dionysio Hal. A. Rhet. IX c. 11 et Vitruvio, cuius verba attulit Valckenaer, Diatr. p. 35, philosophatus est Euripides, magistrum secutus Anaxagoram, et si verum esset quod tradunt, placitis Anaxagoreis uti possemus ad poetam interpretandum. Sed errare videntur. In nonnullis sane magistri sententiam expresserit, in cosmogonia eum minime secutum esse Anaxagoram non sine causa contendit de Wilamowitz Moellendorf in Analect. Euripid. p. 164. Cauti in iudicando simus necesse est, quia non opus philosophicum edidit Euripides sed tragoedias; verum si locos inspicimus qui ex Anaxagora nobis supersunt, videmus inter poetae et philosophi placita haud parum interesse. Praetermitto quae iam W. Moellendorf in medium protulit ut sententiam suam firmaret; addo quae Simplicius servavit Anaxagorae verba de terrae origine, fol. 33*b*, 35*a*, 38*b*. ap. Ritter et Preller. H. Ph. § 53, 54. Postquam mens primum omnia quae adhuc permixta erant movit, secernuntur stellae, sol, luna, aër et aether. Deinde τὸ μὲν πυκνὸν καὶ διερὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ζοφερὸν ἐνθάδε συνεχώρησεν ἔνθα νῦν ἡ γῆ· τὸ δὲ ἀραιὸν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν ἐξεχώρησεν ἐς τὸ πρόσω τοῦ αἰθέρος. Postea: ἀπὸ τουτέων ἀποκρινομένων συμπήγνυται γῆ· ἐκ μὲν γὰρ τῶν νεφελῶν ὕδωρ ἀποκρίνεται, ἐκ δὲ τοῦ ὕδατος γῆ κτέ.

Secundum Anaxagoram igitur non duo fuerunt elementa

aether et terra, quae initio rerum secreta sunt, neque aether *ὑγροβόλους σταγόνας* emittit, est enim calidus et siccus. Quam Euripides aetheri tribuit vis ex Anaxagorae sententia potius aëris proprium est, docet enim, ut tradidit Theophrastus H. plant. III 2, R. et P. § 57, *τὸν ἀέρα πάντων ἔχειν σπέρματα καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά.* Cum non ipsa Anaxagorae verba attulerit Theophr. non certum est an revera *ἀέρα* dixerit sed *αἰθέρα* eum non dixisse e praecedentibus constat.

Ad locum Thesmoph. redeundum est. Neque ex Euripidis placitis recte explicari potest neque lucem affert Anaxagorae philosophia. Legimus vss. 13 et 14 *διακρίνεσθαι* et *διαχωρίζεσθαι,* quae solemnia hac in re philosophorum sunt verba neque in Euripide desunt, fr. 488 et 836,13, sed aetherem *διαχωρίζεσθαι* neque Anaxagoras docuit neque Euripides, nisi *διεχωρίζετο* valeat *ἀπεχωρίζετο* (i. e. *ἀπὸ τῶν πάντων ὁμοῦ ὄντων* Anaxagorae vel *ἀπὸ τῆς γῆς* Euripidis) quod, quamvis Plutarchus de Empedocle scribens, de Plac. Philos. II, 6., hoc modo verbo *διακριθῆναι* utatur, hic minus est probabile, quia Aristophanis intererat ipsas locutiones philosophicas referre. Itaque vertendus est vs. 14 „*Aether cum primum in varias partes secernebatur.*"

Sequenti versu offendit *ἐν αὐτῷ ξυνετέκνου,* quod nullius umquam philosophi placitum fuit. Fritsche sic interpretatus est „Offendere possunt verba *ἐν αὐτῷ*: crederes enim ani„mantia in terra neque vero in aethere natos esse. Ceterum „iam Valck. Diatr. c. VI attulit Suppl. 532: *ὅθεν δ' ἕκαστον* „*εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο, | ἐνταῦθ' ἀπῆλθε κτέ.*

„Praetereaque anapaestum notissimum: *χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν* „*ἐκ γαίας | φύντ' ἐς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου | βλαστόντα γονῆς* „*εἰς οὐράνιον | πόλον ἦλθε πάλιν.* Ex his apparet, secundum Euri„pidem animos, quae est melior nostri pars in aethere, non „in terra natos esse."

Verum hac interpretatione parum proficimus, quia non de animis sermo est, sed de ipsis animantibus oculis et auribus praeditis. Neque intellego quae adscripsit Engerus: „Hic „tamen intelligenda sunt animalia ipsa motu praedita, ideo-„que in aethere genita esse dicuntur." Verum est vocabula *κινεῖν* et *κίνησιν* saepe a philosophis usurpari ut significetur impulsus quo elementa adhuc permixta movebantur, (Schol. *οὐδὲν γὰρ δίχα κινήσεως γίνεται*), sed non apparet quare *ζῷα* hic dicantur *κινούμενα*. Voluitne poeta homines et animalia distinguere ab aliis *ζῴοις* motu non praeditis, v. c. arboribus, quae secundum nonnullos, Anaxagoram et Empedoclem, aeque *ζῷα* erant? Possis etiam conicere poetam dixisse animantia quorum semina antea in aëre circumferebantur. Sed omnia incerta sunt. Oleum et operam perdimus, opinor, si ex verbis Aristophanis aliquod placitum elicere conamur. Quae Euripidem dicentem facit nihili sunt et speciem tantum placiti habent, *quam tamen verbis Euripideis ornavit.*

Hoc ut probem locum afferam Eratosthenis, qui fugit interpretes. Legitur Er. Catast. c. 13: *Οὗτός (ὁ ἡνίοχος) ἐστιν Ἐριχθόνιος, ἐξ Ἡφαίστου καὶ Γῆς γενόμενος· τοῦτον λέγουσιν, ὅτε ὁ Ζεὺς εἶδεν πρῶτον ἐν ἀνθρώποις ἅρμα ζεύξαντα ἵππων, θαυμάσαι ὅτι τῇ τοῦ ἡλίου ἀντίμιμον ἐποιήσατο διφρείαν, ὑποζεύξας ἵππους λευκούς.*

Non sunt pedestris orationis verba *ὅτι — διφρείαν*, et cum Eratosthenes, qui multa ex Euripide petivit, hoc ipso capite quae Euripides de Erichthonio narrasset memoret, non temerarium est contendere Euripidem alicubi scripsisse

ἀντίμιμον ἡλίου δίφρῳ.

Cuiusnam tragoediae hoc fuerit ne conicere quidem ausim cum et sequentia (vid. fr. Eur. 917) undenam hauserit Eratosthenes nesciamus [1]).

[1]) Incertior est, non tamen omnino neglegendus, ut hoc in transitu moneam,

Vs. 21. οἷόν τί που 'στὶν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι.

Schol. διὰ τοῦτο ὑπονοεῖ (al. φαίνεται ὑπονοῶν) Εὐριπίδου εἶναι ἐκεῖνο τὸ

σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ,

ἔστι δὲ Σοφοκλέους ἐξ Αἴαντος Λοκροῦ.

Varia de versus origine veterum testimonia collegit Enger

---

alius eiusdem scriptoris locus. Hyg. Poet. astr. II 37 describitur navis Argo: „*Homerus hunc eundem locum* (Pagasas scil.) *in Thessaliae finibus esse de-* „*monstrat. Aeschylus autem, ut nonnulli aiunt, a Minerva quamdam materiam* „*loquentem eodem esse coniunctam. Sed huius non tota effigies inter astra* „*videtur, divisa enim est a puppi usque ad malum, significans, ne homines* „*fractis navibus pertimescerent.*"

Iam lege quae habet Eratosthenes, cuius vestigia ubique fere premit Ps-Hyginus, c. 37: Ἀργώ. Αὕτη διὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἐν τοῖς ἄστροις εἰσήχθη. πρώτη γὰρ αὕτη ναῦς κατεσκευάσθη καὶ ἀρχῆθεν ἐτεκτονήθη· φωνήεσσα δὲ γενομένη, πρώτη τὸ πέλαγος διεῖλεν ἄβατον ὄν, ἵν' ᾖ τοῖς ἐπιγινομένοις παράδειγμα σαφέστερον. εἰς δὲ τὰ ἄστρα ὑπετέθη τὸ εἴδωλον οὐχ ὅλον αὐτῆς, οἱ δ' οἴακες εἰσιν ἕως τοῦ ἱστοῦ σὺν τοῖς πηδαλίοις, ὅπως ὁρῶντες οἱ τῇ ναυτιλίᾳ χρώμενοι θαρρῶσιν ἐπὶ τῇ ἐργασίᾳ, αὐτῆς τε ἡ δόξα ἀγήρατος διαμείνῃ, οὔσης ἐν τοῖς θεοῖς.

Cum autem Erathosthenes narrationes suas plerumque e tragoediis, tragoediarumque argumentis hauserit, suspicio oritur illum hoc quoque loco respexisse tragoediam, eamque Aeschyli. Tragoediam sapiunt, ni fallor.:

ἀρχῆθεν (dummodo sanum sit ἀρχῆθεν ἐτεκτονήθη, quod dubitari potest), de quo in Anecd. Bekk. p. 450, 4, fr. Aesch. 408 N., 427 D.,: οὐκ ἔστι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς πλὴν παρ' Αἰσχύλῳ. Reperitur tamen fr. Soph. 122 N., 132 D.

Φωνήεσσα, cf. Hyg. l. l., Eur. Troad. 440.

Τὸ πέλαγος διεῖλεν ἄβατον ὄν, de quibus iam C. G. Heyne: „videntur ex antiquo poeta verba servata." Quod tamen incertum.

Denique: ὅπως ἐρῶντες — ἐν τοῖς θεοῖς.

Sine dubio textus Eratosthenis corruptus est. Dittologia enim est πρώτη γὰρ — ἐσκευάσθη καὶ ἀρχῆθεν ἐτεκτονήθη. Neque αὕτη ναῦς sanum est. Desideratur mentio Minervae navis opificis, quae invenitur Hyg. l. l. et Schol. German. 344, in quo locus Eratosthenis Latine expressus est hisce: „*Navis* .... „*quam quidam beneficio Minervae inter astra collocatam dicunt, quaeque prima* „*ab ea fabricata est, et mare, quod antea invium fuerat hominibus, pervium* „*nautis ingenio fecit.*" Denique verba ἵν' ᾖ τοῖς ἐπιγινομένοις παράδειγμα σαφέστερον perperam antecedentibus coniuncta sunt. Cum sequentibus cohaereut, ita ut legendum sit ἵνα δὲ vel καὶ ἵν' ..... εἰς τὰ ἄστρα ὑπετέθη. Deinde scri-

a. h. l. A Sophocle hunc versum scriptum esse constat, vid. Dind. fr. Soph. 12. Eundem versum Euripidi tribuunt Plato et Schol. a. h. l. cf. fragm. Ar. 289. Sed utut est, minime constat Aristophanem revera hunc locum respexisse, neque ab Engero reprehendendus erat Fritsche, mirans scholiastae argumentationem qui ex Mnesilochi senario concludat versum longe huic dissimilem Euripidi adiudicandum esse. Si enim versum allatum, sitne Sophoclis an Euripidis, auditoribus in memoriam revocare sibi proposuisset comicus, non *αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι* scripsisset sed *ἡ σοφῶν ξυνουσία*.

Parodiam statuens scholiasta errasse videtur quod etiam ad Nub. 1162, Vesp. 1326, Lys. 1257, Av. 1720 accidit.

Vs. 39—63. Famulum Agathonis ampullari, ut in Acharnensibus Cephisophon, nemo non animadvertit, ita ut de singulis monere non opus sit.

Vs. 76. *τῇδε θἠμέρᾳ κριθήσεται*
εἴτ' ἔστ' ἔτι ζῶν εἴτ' ἀπόλωλ' Εὐριπίδης

Dictio tragica. An talia in aliqua tragoedia scripserit Euripides (in qua *ὄλωλ'* pro *ἀπόλωλ'*) nescimus.

Vs. 92. *λάθρᾳ, στολὴν γυναικὸς ἠμφιεσμένον.*

Fritsche: „Hic versus *λάθρᾳ κτέ.* totus spirat tragoediam

---

bendum esse: (*ὑπετέθη δὲ*) *τὸ εἴδωλον οὐχ ὅλον αὐτῆς, οἱ δ' οἴακες* (*ἐν*) *εισιν ἕως κτέ.* mecum communicavit v. am v. Herw., cui sub verbis *ἀρχῆθεν ἐτεκτονήθη* latere videtur *ἠρχιτεκτονήθη*.

Ridiculum illud Hygini „*significans ne homines fractis navibus pertimescerent*" originem duxisse videtur ex male intellecto loco Eratosthenis *ὅπως ἐρῶντες κτέ.* Cf. Epimetrum III. Recte German. Arat. Phaen. vs. 345 sqq.:

„*Puppi enim trahitur, non recto libera cursu,*
„*Ut cum decurrens inhibet iam navita remos*
„*Aversamque ratem, votis damnatus, ad oram*
„*Perligat, optatam cupiens contingere terram.*"

„non solum ob numeros verbaque tragica, sed etiam propter „illam vocis λάθρα repetitionem." Quae probans Enger: „Idem de verbis vs. 89 τί δράσοντ'; εἰπέ μοι animadverti potest." Fieri potest sed incertum est; nam στολὴν — ἠμφιεσμένον a comicorum dicendi genere non abhorret. Thesm. 851, Eccl. 879.

Vs. 101—129. De hoc carmine, quod ad Agathonis exemplum compositum videtur, vide Engerum a. h. l. De Ἀσιάδος κρούματα vs. 120 Etym. M. οὕτως Ἀρ. εἶπε παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου. Fr. 371.

Vs. 136 sqq. ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;
τίς ἡ τάραξις τοῦ βίου; τί βάρβιτος
λαλεῖ κροκωτῷ; τί δὲ λύρα κεκρυφάλῳ;
τί λήκυθος καὶ στρόφιον; ὡς οὐ ξύμφορον.
τίς δαὶ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία; κτέ.

Versus affert e tetralogia Lycurgia. Schol. λέγει δὲ ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς πρὸς τὸν συλληφθέντα Διόνυσον: ποδαπὸς ὁ γύννις; Nota est historia regis Edonorum, Lycurgi, qui Bacchum captivum coram se duci iussit, Apoll. III 5. 1, 3, quod etiam Pentheus fecit quem cum Baccho colloquentem in scenam produxit Euripides, Bacch. 451 sqq., Aeschylum imitatus.

Ex annotatione scholiastae non sequitur in hisce nihil nisi ποδαπὸς ὁ γύννις; Aeschyleum esse, et contra Hermannum vs. 136 tantum Aeschylo tribuentem bene disputavit Fritsche. Huius argumenta sunt, primum quod longam praefationem praemiserit Ar., quo indicari non modo insignem parodiam subsequi verum etiam plures per versus continuatam; deinde indoles verborum, inprimis vss. 141, 144; denique testimonium Scholiastae ad vs. 136 (Meineke iure id retulit ad vs. 137) ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν Εὔβουλος ἐποιήσατο τοῦ Διονυσίου, τὰ ἀνόμοια τῶν ἐν τῇ Διονυσίου οἰκίᾳ καταλέγων. Eubulum enim non Aristophanis sed Aeschyli exemplum sibi proposuisse.

Quae vera videntur sed Engero concedendum est „Aeschyli „verba ipsa ex hac Aristophanis parodia eruere velle" (quod conatus erat Fr.) „temerarium est. Quam libere enim Ar. „hac in re soleat versari, ex aliarum fabularum parodiis in„telligi potest."

Eorumdem Aeschyli verborum meminisse videtur Ar. cum Ran. 47 Herculem fecit rogantem:

τίς ὁ νοῦς; τί κόθορνος καὶ ῥόπαλον ξυνηλθέτην;

Agathonis vitam effeminatam in Gerytade quoque carpsit Aristophanes, cf. fr. 229.

Vs. 146. ὦ πρέσβυ, πρέσβυ, τοῦ φθόνου μὲν τὸν ψόγον ἤκουσα, τὴν δ' ἄλγησιν οὐ παρεσχόμην.

Cum Bergkio παρῃσθόμην legendum est. Verba Agathonis, ut par est, plerumque colorem tragicum habent sed ita ut metri tragici leges nonnunquam non observentur v. c. vs. 162. Versum igitur 173 numerorum causa mutare non opus est, cf. Ran. 652. Cum vs. 155:

ἃ δ' οὐ κεκτήμεθα
μίμησις ἤδη ταῦτα συνθηρεύεται

conferri potest fr. Eur. Aeoli 21, ἃ δ' οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα | τοῖσιν πένησι χρώμενοι θηρώμεθα, quod tamen recordatum esse Aristophanem cum haec scriberet vix credo, cum θηρώμεθα e coniectura positum sit et versus Agathonis potius afferendus esset.

Vs. 177. Ἀγάθων σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς ὅστις ἐν βραχεῖ πολλοὺς καλῶς οἷός τε συντέμνειν λόγους.

Tacet scholiasta sed servavit locum Euripidis Stobaeus 35, 3, fr. Aeoli 28, παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς ὅστις ἐν βραχεῖ | πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς. Cum vs. 179: ἐγὼ δὲ καινῇ συμφορᾷ πεπληγμένος iam olim comparaverunt viri docti Alcest. 856: „καίπερ βαρείᾳ συμφορᾷ πεπληγμένος," cf. ib. vs. 405. Recte

Fritsche: „Hic autem versus non certi loci parodiam com-„plectitur uti placebat Vossio, sed tantum similitudinem ha-„bet tragicae dictionis.

Vs. 194. *χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς;*

Ex. Eur. Alc. 691. Cf. Nub. 1415. In reliqua Agathonis oratione vss. 198, 199:

τὰς ξυμφορὰς γὰρ οὐχὶ τοῖς τεχνάσμασιν
φέρειν δίκαιον ἀλλὰ τοῖς παθήμασιν.

et vs. 205 *θήλειαν Κύπριν*, utrum *παρῳδῇ* an *παρατραγῳδῇ* poeta non liquet.

Vs. 272. *ὄμνυμι τοίνυν αἰθέρ' οἴκησιν Διός.*

Schol. *ἐκ τῆς Μελανίππης Εὐριπίδου*, i. e. e Melanippe philosopha, (Schol. Ran. 100) fr. 491. *ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός*. Vid. ad Ran. 100 et 311.

Vs. 275. *μέμνησο τοίνυν ταῦθ', ὅτι ἡ φρὴν ὤμοσεν,*
ἡ γλῶττα δ' οὐκ ὀμώμοκ'.

Notissimum est illud Hippolyti, vs. 612, *ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος*. Veterum de hoc versu iudicia collegit Valckenaer a. h. l.; de Hippolyti iureiurando disputavit W. Ribbeck. Ach. Anh. p. 301.

Quod et alii et inprimis Aristophanes (Ran. 102, 1471) tam acerbe huius versus causa in Euripidem invecti sunt argumentum esse nequit sanctitatis, quam Atheniensium populus iureiurando tribuerit, sed probare mihi videtur novam philosophiam criticam, quae de omnibus praeceptis morum et de rebus divinis quaestionem instituebat, iam multorum tunc temporis animos occupasse, ita ut ii quibus antiqua pietas patriique mores cordi essent, ne subverterentur metuerent. Hoc nisi ponimus intellegi nequit cur tandem versus Euripideus tantam indignationem moverit et, si verum est quod Aristo-

teles tradit, eo processerit nonnullorum ira ut poetam in ius vocarent et ἀσεβείας accusarent.

Quod autem Aristophanes et alibi et hic Hippolyti versum in memoriam revocat, quo iras vulgi in Euripidem renovari posse non ignorabat, ei minime decori est habendum et documento est nihil eum illicitum habuisse inimico quo obtrectare posset. Non enim ignarus erat comicus aliquid interesse inter placitum philosophicum et drama, neque eum fugisse potuit ipsum Hippolytum vs. 612 non quod revera sentiat profiteri sed ita loqui ut nutricem perterrefaciat. Alia erant in dramate Hippolyto reprehendenda, cf. Ribb. l. l., sed ea non tetigit.

Vs. 403 sqq. ἀνὴρ ἐρωτᾷ „τῷ κατέαγεν ἡ χύτρα;
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ."

Schol. ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου. Ex Athenaeo, fr. Eur. 667, apparet Euripidem scripsisse:

πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερός,
ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ „τῷ Κορινθίῳ ξένῳ".

A vero non abesse videtur Welcker, II p. 780, coniciens haec verba fuisse nutricis, quae, postquam Bellerophon Tirynthem revertisset, illius iram sedare conatur, narrans quanto amore eum recordata esset Stheneboea, cum eum mortuum esse crederet. Eundem Euripidis versus detorsit Cratinus Ath. XI c. 22, p. 782, Mein. II p. 179: ἴησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει, cuius verba respexit Hesychius in Κορ. ξέν. Probabile est etiam sequentes versus,

κάμνει κόρη τις. εὐθὺς ἀδελφὸς λέγει
τὸ χρῶμα τοῦτό μ' οὐκ ἀρέσκει τῆς κόρης.

ad aliquod Euripidis drama referendos esse. De Aeolo cogitavit Fritsche.

Vs. 413. δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

Tacet Scholiasta. Stobaeus, Flor. 71, 1. fr. 801, citat e Phoenice Euripidis:

μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τέκνα
δίδωσιν ὅστις οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ·
δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

De duobus prioribus versibus quid coniecerint viri docti vid. ap. N. fr. 801. Heathii coniectura, ap. Valck. Diatr. p. 273, versum primum a tertio separandum esse admodum verisimilis est, non enim ipse poeta, opinor, post ἀνδρὶ πρεσβύτῃ vs. 1, γέροντι νυμφίῳ vs. 3 iteravit; deinde cum Stobaeus, hoc fragmentum afferens, praemittat: ὅτι ἐν τοῖς γάμοις τῶν συναπτομένων ἡλικίας δεῖ σκοπεῖν cum Valck. pro τέκνα legendum est νέα.

Saepius apud poetas similia inveniuntur.

In eodem Phoenice legitur, fr. 804. πικρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ, quod imitatus est Aristophanes fr. 497; deinde in Danae, fr. 319, καὶ νῦν παραινῶ πᾶσι τοῖς νεωτέροις | μὴ πρὸς τὸ γῆρας τοὺς γάμους ποιουμένους | σχολῇ τεκνοῦσθαι παῖδας κτέ., ubi recte Naber restituit ποιουμένους, cf. Med. 815, 1238, cet., neque vs. 3 improbandum est γυναικὶ pro νέᾳ γυναικὶ (Nauckio versus 4 delendus videtur) cf. fr. 801. Iam antea eadem fere dixerat Theognis Stob. Fl. 71,2, quem imitatus est Theophilus, Mein. III p. 628.

Mirandum est igitur contrarium legi fr. Aeoli, 24:

κακὸν γυναῖκα πρὸς νέαν ζεῦξαι νέον,

quod minime ex Euripidis sententia dictum est, qui πᾶσι τοῖς νεωτέροις παραινεῖ matrimonium ne differant. Cogitari quidem potest aliquem in tragoedia tale paradoxon protulisse, attamen si Stobaeum inspicimus qui hoc fragmentum servavit et alios componimus quos cap. 71. congessit locos, καλόν potius quam κακόν exspectaremus.

Deinde non cohaeret cum sequentibus:

μακρὰ γὰρ ἰσχὺς μᾶλλον ἀρσένων μένει
θήλεια δ' ἥβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμας.

De hisce Wagner: „Hoc enim dicit Euripides: malum esse „iuvenem puellae iuvenili (i. e. aequali) matrimonio iungere; „uxorem enim semper natu minorem coniuge esse debere, „cet." Libenter concedo, si tale quid dixisset poeta, allatos versus explicari posse; at non dixit, et si quis monere voluisset: non oportet maritum et uxorem aequales esse, aliis sine dubio usus esset verbis. Ex iis quae nunc leguntur nihil aliud elicere possumus quam: non oportet iuvenili puellae iuvenem matrimonio iungere.

Videntur mihi duo fragmenta coaluisse ita ut alterius initium perierit. Primus versus, leviter tantum immutatus a Clemente Al., Eur. fr. 906, affertur duobus aliis coniunctus a quibus aeque alienus est.

Vs. 414. *εἶτα διὰ τοῦτον ταῖς γυναικωνίτισιν*
σφραγῖδας ἐπιβάλλουσιν ἤδη καὶ μοχλοὺς
τηροῦντες ἡμᾶς κτέ.

Cum hoc quoque Euripidi crimini detur, apte coniecit Fritsche tragoediam Danaën tangi, ad carmen Horatii provocans, ubi etiam „vigilum canum tristes excubiae" (*Μολοττικοὺς τρέφουσι κύνας*) memorantur. Similia occurrunt verba Androm. 951. E verbis Aristophanis minime sequitur Euripidem alicubi talem custodiam probasse. Contrarium docet fragmentum quod Euripideum videtur (Cob. N. L. p. 46) N. fr. ad. 458: *ὅστις δὲ μόχλοις καὶ διὰ σφραγισμάτων | σώζει δάμαρτα, δρᾶν τι δὴ δοκῶν σοφὸν, | μάταιός ἐστι καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ.* N. *διασφαλίσμασι.* At post *μόχλοις* requiritur certi cuiusdam vinculi nomen ut *σφραγίσματα.*

Vs. 455. *ἄγρια γὰρ ἡμᾶς, ὦ γυναῖκες, δρᾷ κακά.*

Enger: „Ridetur Euripides qui in Phoenicis fragm. (805)

„dixit: *γυνή τε πάντων ἀγριώτατον κακόν.*" Quod vehementer dubito. Nimis enim discrepant Euripidea verba ab Aristophaneis. Attamen *ἄγρια κακά* sermoni comicorum non congruum est neque usquam in comoedia *ἄγριος* hoc significatu invenitur. Tragici dicunt *ἀγρία νόσος*, Soph. Phil. 173, Eur. Or. 34, *ἄγρια τραύματα*, Eur. Andr. 1155. E tragoedia igitur hanc locutionem depromsit Aristophanes, sed tantum ut occasionem reperiret sequentis versus subiungendi,

ἅτ' ἐν ἀγρίοισι τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς.

quo ridet, sed non admodum facete, etymologias et verborum lusus quos amabant tragici ut: *Μελέαγρε, μελέαν γάρ ποτ' ἀγρεύεις ἄγραν* Eur. fr. 521. et similia cf. Eq. 1258, Thesm. 455, 1215, fr. 324. Ceterum ex hoc aliisque eiusdem generis conviciis in Euripidem humili loco natum, Ach. 478, Eq. 19, Ran. 840, docemur quanto amore optimatium partibus studeret Aristophanes, populares despiciens.

Vs. 466—519. Vid. ad. Ach. 496—556. Scholiasta nihil annotat nisi ad vs. 518: *παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου. εἰ δὴ θυμούμεθα κτέ.*

Vs. 582. *τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ; παῖδα γάρ σ' εἰκὸς καλεῖν.*

Versum tragicum subesse apparet si comparamus Vesp. vs. 1297, qui ex eiusdem versus imitatione natus est. Non constat de vs. 586, qui etiam tragoediam sapit, *πρὸς ποῖον ἔργον ἢ τίνος γνώμης χάριν;* Idem porro est incessus orationis Clisthenis 574 sqq. et ancillae Eur. Andr. 56 sqq. Absit tamen ut Aristophanis verba huius loci parodiam esse contendam. Ita enim triverat tragicos comicus ut saepe, ubi graviter loquentes induceret personas, imprudens eos imitaretur. Cf. fr. Ar. 397.

Vs. 692. *κέκραχθι· τοῦτο δ' οὐδέποτε σὺ ψωμιεῖς,*
ἢν μή μ' ἀφῆτ'· ἀλλ' ἐνθάδ' ἐπὶ τῶν μηρίων
πληγὲν μαχαίρᾳ τῇδε Φοινίας φλέβας
καθαιματώσει βωμόν.

Tragicum loquendi genus inde ab *ἀλλ' ἐνθάδε* nemo non agnoscit. Num vero parodia sit dubitant Enger et Fritsche qui: „Tragici alicuius locum hic sibi agnoscere videntur Kus„terus atque Bothius. Ego potius censeo in re seria tragi„cum sonum de industria a comico quaesitum esse. Nam et „Scholiastae hic tacent et plane cavendum est ne parodiarum „numerus apud Aristophanem temere augeatur."

Cavendum est omnino, miror tamen doctum interpretem non vidisse locum allatum manifestam exhibere Telephi parodiam, qui Orestem e cunabulis rapuit ut sibi obses esset. Vid. ad Ach. 326. Tragoediam enim Telephum *παρῳδεῖ* comicus in antecedentibus, 466 sqq., quae orationem, quam habuit rex Mysorum, et eius agnitionem continent (vid. ad Ach. 496 sqq.), ita ut vss. 692 sqq. legenti statim eiusdem facinus in mentem veniat. Deinde *non* tacent Scholiastae cum aperte testetur Schol. Ach. 332: *τὰ δὲ μεγάλα πάθη ὑποπαίζει τῆς τραγῳδίας ἐπεὶ καὶ ὁ Τήλεφος ..... κτέ. παραπλήσιον δέ τι καὶ ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις ἐποίησεν. ὁ γὰρ Εὐριπίδου κηδεστὴς Μνησίλοχος ἐπιβουλευόμενος παρὰ τῶν γυναικῶν ἀσκὸν ἁρπάσας παρά τινος γυναικὸς ὡς ἂν παιδίον ἀποκτεῖναι βούλεται.*

Eandem igitur habemus parodiam quam Ach. 326 sqq.; cum autem in Acharnensibus pueri raptus ante longam illam Telephi orationem ponatur, in Thesmoph. contra post eam, quaerendum est quamnam in tragoedia habuerit sedem. Ea de re post Geelium, Welckerum, Schollium disputavit Jahn in opusculo iam ad Ach. laudato, *Telephos und Troilos.*

In plerisque hic rem acu tetigit; inest tamen in argumenti tragoediae expositione levis error, quem ab Aristophane moniti tollere possumus.

Si eum audimus in tragoedia raptus Orestis (cui praecessit Telephi agnitio) ponendus est ante orationem cuius fragmenta sunt fr. 707, 710, 712, 711, et post aliam orationem cuius initium fuit fr. 701.

At cogitari omnino nequit ab *iam agnito* Telepho profecta esse fr. 712, *τὸν δὲ Τήλεφον οὐκ οἰόμεσθα* et fr. 711 *εἶτα δὴ θυμούμεθα κτέ*, cum aperte de Telepho tamquam de alio, de se tamquam de Graeco loquatur, quod ipse Jahn quamquam dubitanter concedit. Deinde docet nos Aristophanes, ut ad Ach. 496 demonstrare conatus sum, fr. 701 eiusdem orationis fuisse ac fr. 707, 710 sqq. Habuit igitur orationem illam Telephus *ante* agnitionem; cum autem raptus infantis, quod per se intellegitur, post agnitionem in tragoedia sit ponendus, sequitur Aristophanem non in Acharn. sed in Thesmoph. verum tragoediae ordinem servasse. Itaque, comparatis quae ad Ach. 496 annotavi, hoc fere modo tragoedia processit. Verba facit Telephus (fragmenta ita distribuenda sunt ut praecedat 706, sequantur 701, 700? 707, 710, 711, 712). Clamorem tollunt indignabundi Graeci, fr. 713, Ach. 557 sqq., Thesm. 520 sqq. Brevi post agnoscitur Telephus, nec displicet Jahnii coniectura eum, inimicorum conviciis incensum, ipsum se minime mendicum sed Mysorum regem esse aperuisse, cui coniecturae favet Ach. 593 sqq. Iam ut saluti suae consulat Orestem arripit, ad aram confugit et exclamat:

ἀλλ' ἐνθάδ' ἐπὶ τῶν μηρίων
πληγὲν μαχαίρᾳ τῇδε κτέ.

Neque iam ad finem perductam esse parodiam arbitror. Vociferatur Graecorum aliquis, Agamemnonis filium morti ut eripiat:

οὐκ ἀρήξετ'; οὐ πολλὴν βοὴν
στήσεσθε καὶ τροπαῖον;

quorum neque *ἀρήγειν* neque *βοὴν ἵστασθαι* comicorum est. *'Αρήγειν* legitur Lys. 303 in carmine chorico (ib. 459 *ἀράξετε* restitutum est) et Plut. 476, *ὦ τύμπανα καὶ κύφωνες οὐκ ἀρή-*

ξετε; Sed ibi Blepsidemus, *τύμπανα καὶ κύφωνες* tamquam socios in auxilium sibi invocans, consulto usitato grandiore sermone utitur. *Βοὴν ἱστάναι* frequens est in Euripide, Heraclid. 73, 128, 656, Iph. Taur. 1307. Paratragoedia haec mulieris verba existimari possent nisi tam apte Telepho congruerent.

An in hac scena plura tragoediae debeantur decernere vix ausim. In parodia poetam versari indicant numeri et verba vss. 700, 715 et 716 (Str. 675 et 676), 724 (Str. 685), deinde *αὐθαδία* 705 et fortasse *τοῦ θανάτου δ', ὦ παιδίον, μόνην* .... *αἰτιῶ τὴν μητέρα* 731, quae de Clytaemnestra intellegi possunt. At haec mitto memor *τοῦ μηδὲν ἄγαν*. Post vs. 732 nullum Telephi vestigium reperitur. In tragoedia servatur Orestes, in comoedia contra uter vini, quem mulier tamquam puerum curabat, trucidatur. Qui ibi legitur versus 758,

τουτὶ τὸ δέρμα τῆς ἱερείας γίγνεται.

genuinus non esse mihi videtur. Non enim video quare rogasset mulier, *τί τῆς ἱερείας γίγνεται* si iam *τὸ δέρμα* dedisset vel dare pollicitus esset Mnesilochus. Ortus est ex annotatione ad *τουτί*. Adscripsit aliquis *τὸ δέρμα*, (sicut ad Lys. 603 *καὶ ταυτασί· Τὰς ταινίας.*) quod cum *τί τῆς ἱερείας γίγνεται* novum genuit versum. Excidit fortasse versus Mnesilochi.

Vs. 776. *ὦ χεῖρες ἐμαί,*
ἐγχειρεῖν χρῆν ἔργῳ πορίμῳ.
ἄγε δὴ πινάκων ξεστῶν δέλτοι,
δέξασθε σμίλης ὁλκούς,
κήρυκας ἐμῶν μόχθων· οἴμοι.

et e sequentibus

Vs. 783. *βάσκετ', ἐπείγετ'.*

Mnesilochus Oeacem imitatur qui in Euripidis Palamede, teste Scholiasta, remi verba insculpsit quae patrem de fratris morte certiorem facerent. Ad vs. 771 duplex extat Scholium; quod alterum habet ..... *ἐπιγράψαι εἰς τὰς ναῦς* errori debe-

tur Scholiastae cui *πλάτας* in tragoedia saepius *ναῦς* significare notum erat. Quod h. v. legitur in cod. *οὐ πάρεισιν αἱ πλάται* non opus est cum Brunckio et Dind. in *οὐ πάρεισί μοι πλάται* mutare, cum *αἱ πλάται* post. *τὰς πλάτας* vs. 770 ferri possit.

Verba *χωρει, χωρει* vs. 782 alii aliter interpretantur; plerique imperativum esse existimant. Fritsche: „Mnesilochus „simulacris haec potissimum verba insculpsit Εὐριπίδη, χώρει, „χώρει, veni, veni Euripides." Alii cum Vossio cultrum alloqui Mnesilochum opinantur et: „Zieh fort, Zieh fort!" vertunt. Ribbeck: „Rasch her! rasch her! Ja wohin denn nun?" Nonne vero praestat Ravennatis lectionem *χωρεῖ, χωρεῖ* intactam relinquere et *χωρεῖ* scil. *τοὔργον* interpretari? Cf. Pac. 473, 510.

Quosnam h. l. versus e Palamede depromserit Ar. non indicavit Schol.; fortasse vss. 776, 777 et 780. Βάσκετε Homericum est.

Ad 775 Enger: „Sine dubio Euripidis versum quendam „ridet Ar." Melius Fritsche: „Mnesilochus deorum imagi„nes ..... proiecit, ut Euripidi dignas Euripide mittat lite„ras." Significat Aristophanes Euripidi talem impietatem, qualis etiam Diagorae fuit (Schol. Nub. 830), gratam esse.

Vs. 810. *οὕτως ἡμεῖς πολὺ βελτίους τῶν ἀνδρῶν εὐχόμεθ' εἶναι.*
Cf. Hom. Il. IV 405.

Vs. 855. *Νείλου μὲν αἵδε καλλιπάρθενοι ῥοαί,*
ὃς ἀντὶ δίας ψακάδος Αἰγύπτου πέδον
λευκῆς νοτίζει μελανοσύρμαιον λεών.

Eur. Helenae exordium, ubi tamen vs. 3 sic legitur: *λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας.* Ib. vs. 2 Hartung et Nauck pro *πέδον πέδου* legunt. Est omnino insolita dictio: *Αἰγύπτου πέδον ὑγραίνειν γύας*; nihil tamen in Euripide mutandum esse

docet Aristophanes, qui non modo πέδον legit sed consulto difficultatem auxit verbo γύας substituendo λεών. Consulto etiam λευκῆς cum Αἰγύπτου iunxit, quia Aegypto terra nigra nomen erat.

Vs. 859 sqq. Versus tantum non verbotenus ex Eur. Helena repetiti sunt. Vs. 859 sq. ex Hel. 16 sq.; vs. 862 ex Hel. 22; vs. 864 sq. ex Hel. 52 sq.; vs. 866 ex Hel. 49; vs. 868 ex Hel. 56.

Vs. 870. μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος.

In Helena nihil huiusmodi reperitur. Finxit haec verba Ar. ad normam dicti Pelei in dramate Sophocleo μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, μή μ' ἕλῃς ἄνευ δορός, quae dictio a Graecorum loquendi usu aliena est et eam ipsam ob causam ab Ar. carpitur. Extat alterum talis imperativi exemplum, μὴ νόμισον, quod in Antiatt. Bekk., fr. Soph. 441 D. 454 N., etiam Sophoclis Peleo tribuitur. Recte, meo iudicio, arbitratur Fritsche grammaticum errasse et μὴ νόμισον comico Thugenidi esse reddendum, ut apparet e Suid. in v. μὴ νόμισον et Phot. p. 267, 8.

Vs. 871. τίς τῶνδ' ἐρυμνῶν δωμάτων ἔχει κράτος,
ὅστις ξένους δέξαιτο ποντίῳ σάλῳ
κάμνοντας ἐν χειμῶνι καὶ ναυαγίαις;

Hel. 68 τίς — κράτος. Duo postremi versus in Helena non leguntur. Enger: „ex deperdita aliqua Euripidis fabula sumpti sunt." Idem suspicatur Nauck. fr. ad. 43. At probabilius est, Ar. hos versus finxisse ut vs. 877, 885 sqq. Libere enim, ut e comparatione cum Helena videre est, versibus tragicis utitur, plurima ipse fingens.

Vs. 874 sqq. Ex Eur. Helena. Vs. 874 conferatur cum Hel. 460; 878 cum Hel. 461 (insolita forma Ionica πεπλώκαμεν

utitur ut Euripidem rideat qui ita scripsit vs. 532); 881 cum Hel. 467; 886 cum Hel. 466.

Vs. 889. τί δὴ σὺ θάσσεις τάσδε τυμβήρεις ἕδρας
φάρει καλυπτὸς, ὦ ξένη;

Tragoediam imitatur Aristophanes, revera enim Helena ad sepulcrum sedebat Hel. 64, sed colloquium Mnesilochi et Euripidis usque ad vs. 903 de suo addidit. Sic vs. 890 Mnesilochum dicentem facit: βιάζομαι — λέχος, cum Helena vs. 62 dixisset; παῖς ὁ τοῦ τεθνηκότος θηρᾷ γαμεῖν με. Aristophani igitur quam Euripidi tribuere malim:

895. βαΰζε, τοὐμὸν σῶμα βάλλουσα ψόγῳ, fr. adesp. 45 N. Cf. Fritsch. a. h. l.

896. ξένη, τίς ἡ γραῦς ἡ κακορροθοῦσά σε. Κακορροθεῖν etiam Ach. 577ᵃ, in parodia.

900. οὐ γὰρ γαμοῦμαι σῷ κασιγνήτῳ ποτὲ,
προδοῦσα Μενέλεων τὸν ἐμὸν ἐν Τροίᾳ πόσιν.

902. γύναι, τί εἶπας; στρέψον ἀνταυγεῖς κόρας.

Vs. 904 sqq. Ex Eur. Helena. Vs. 904 conferatur cum Hel. 549; 905 sq. cum Hel. 557 sq.; 907—909 cum Hel. 561—563.

Vs. 910. Mn. ἐγὼ δὲ Μενέλεῳ σ' ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων.

Ex Hel. vs. 564 ἐγὼ δὲ Μενέλεῴ γε σ'· οὐδ' ἔχω τί φῶ.

Verba Aristophanis non satis intellego. Ἰφύων scripsit quia sono non dissimile est τῷ τί φῶ, sed ὅσα γ' κτέ. non aliter interpretari possum quam ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων (vel τοῖς ἰφύοις) ἐστὶ τεκμαίρεσθαι, quod nihili est nisi, quod non probabile est, ἴφυα portaverit Euripides. Hoc certum videtur rideri filium τῆς λαχανοπώλιδος.

Vs. 911. Eur. ἔγνως ἄρ' ὀρθῶς ἄνδρα δυστυχέστατον.
Mn. ὦ χρόνιος ἐλθὼν σῆς δάμαρτος ἐς χέρας.

Hel. 565, 566. Suspicatur Fritsche codicum lectionem in Ar. *ἐσχάρας* genuinam esse.

Vs. 913. *λαβέ με λαβέ με, πόσι, περίβαλε δὲ χέρας.*

Sono similes sunt dochmii Hel. 627 *ἔλαβον ἀσμένα πόσιν ἐμὸν, φίλαι, | περί τ' ἐπέτασα χέρα.*

Consulto videtur *λαβέ με* et in sequenti versu *ἄπαγε* iteravisse ut verborum repetitionem in Euripide notaret, de qua vide ad Ran. 1337. Numerorum Euripideorum rationem ludibrio habuit verbis vs. 915

φέρε, σε κύσω. ἄπαγέ μ' ἄπαγ' ἄπαγ' ἄπαγέ με.

Euripidem enim in posterioris temporis tragoediis „haud „raro usque eo negligentiae progressum esse ut fabularum „eius versus sermonem fere vulgarem adaequare videantur," post Hermannum ostendit C. F. Mueller. De pedibus solutis in dialogorum senariis p. 42 sqq.

Paratragoedia denique habendi sunt vss. 918, 919, 926.

Vs. 1015. *φίλαι παρθένοι, φίλαι,*
πῶς ἂν ἀπέλθοιμι καὶ
τὸν Σκύθην λάθοιμι;

Schol. *παρὰ τὰ ἐξ Ἀνδρομέδας Εὐριπίδου „φίλαι παρθένοι φίλαι μοι." τὰ δὲ ἐπιφερόμενα πρὸς τὸ αὐτὸ* (Fr. *αὐτοῦ*. Nonne *αὐτῷ*?) *χρήσιμον.* Fr. 117. Horum praeter verba allata a Schol. nihil Euripidi tribuendum esse censeo. Haec enim est talium parodiarum facetia quod eandem ac tragoedia ingrediuntur viam sed subito alio deflectunt. Verisimile est Euripidem dochmios scripsisse *φίλαι παρθένοι, φίλαι μοι* ⏑ –, itemque Aristophanem, ut coniecit Hermann legens

φίλαι παρθένοι φίλαι πῶς ἂν οὖν.

Lectio codicum *λάβοιμι* defensorem nactus est Ribbeckium qui *λαβεῖν* *fangen*, d. h. *täuschen* interpretatur. At *λαβεῖν*

nullo pacto *täuschen* valere potest neque de prehendendo Scytha sermo est.

Vs. 1019. *κλύεις, ὦ προσαυδῶ σὲ τὰν ἐν ἄντροις*
κατάνευσον, ἔασον ὡς
τὴν γυναῖκά μ' ἐλθεῖν.

Schol. *πρὸς τὴν Ἠχὼ Ἀνδρομέδα λέγει „προσαιδοῦσσαι τὰς ἐν ἄντροις ἀπόπασον ἔασον Ἀχοῖ με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν."* Fr. 118. Pro *ἀπόπασον* Seidler *ἀπόπαυσον*, sed vereor ut satis fulciatur haec lectio usu imperativi activi *παῦε*. Nam nullum aliud reperiri potest argumentum quo probetur *ἀπόπαυσον* valere *ἀποπαῦσαι*. Non certe cum Wagnero provocare licet ad Soph. Oed. Col. 1777 *ἀλλ' ἀποπαύετε μηδ' ἐπὶ πλείω | θρῆνον ἐγείρετε*, ubi *ἀποπαύετε* obiectum habet *θρῆνον*. Deinde coniecturae *πρὸς Αἰδοῦς σέ*, quae ingeniosa certe est et proxime ad codicis literas accedit, anteferendum est Hermanni *προσαυδῶ σέ*. Non enim video quare Andromeda, etiamsi teneamus eam nudam ad saxum alligatam esse *nympham* Echo *per Pudorem* obtestatam esset *ut taceret*. Cf. Ribb. Ach. Anh. p. 290.

In tragoedia non statim, sicut in comoedia h. l., versum 1019 post verba vs. 1015 sqq. consecutum esse vix opus est monere. Schol. *διὰ τὸ λαμβάνειν ἀποσπάσματα ἀσύνδετον τὸ ὅλον γίνεται.* Ante fr. 118 (vs. 1019) resonans Echus vox audita fuerit necesse est. Porro observandum est Aristophanem hisce Euripidis verbis bis uti, hoc loco et vs. 1077, ubi interpellantem Echo ut tacere velit obsecrat Mnesilochus:

ἔασόν με μονῳδῆσαι,
καὶ χαριεῖ μοι. παῦσαι.

Iure vss. 1015—1021 Mnesilocho reddidit Beer, Ueber die Zahl der Schauspieler bei Ar. p. 166. Non quidem ei assentior contendenti: „Wäre Euripides hier schon aufgetreten, „so konnte er nicht schon vs. 1021 die Bühne wieder ver-

„lassen." Quid enim obstat quominus statuamus Perseum (Euripidem) haec locutum esse volantem in aëre, cf. vs. 1014? Vera tamen est Beerii conclusio et ob alia quae attulit argumenta et quia parodiae indoli congruum est ab eo qui Andromedam agat, i. e. a Mnesilocho, Andromedae verba recitari. Non igitur necesse est ἀπέλθοιμι in ὑπέλθοιμι (Bentley) aut ἐπέλθοιμι (Brunck) mutare. Cf. vs. 1206.

Vide qua arte omnia detorserit comicus. Verbis Φίλαι παρθένοι Mnesilochus mulieres alloquitur, quae neque Φίλαι neque παρθένοι erant, et nympha ἡ ἐν ἄντροις quam appellat est Scytha, nymphae non admodum similis, qui ἄντρα non habitabat sed domum introierat ut stoream sibi peteret. Quam ob rem miror Fritschium scripsisse: „At quomodo tandem Scytham „his potest verbis compellare, σὲ τὰν ἐν ἄντροις? Num igitur „foemina erat miserrimus lictorum, num denique antrum „ille .... incolebat?" Femininum τὰν minime obstat. Eodem modo vs. 1031 de se ipso Mnesilochus: ἕστηκ' ἔχουσα.

Vs. 1022. ἄνοικτος ὅς μ' ἔδησε τὸν
πολυστονώτατον βροτῶν.

Schol. παρὰ τὸ τοῦ χόρου ἐν 'Ανδρομέδᾳ. Fr. 120.
ἄνοικτος ὃς τεκών σε τὴν
πολυπονωτάτην βροτῶν
μεθῆκεν Ἅιδᾳ πάτρας ὑπερθανεῖν.

πάτρας pro πατρὸς cum Duentzero et Nauckio. Non enim ut pro patre mortem obiret bellua marina obiecta erat, sed ut patriam servaret quae propter matris Cassiopeiae cum Nereidibus de forma certamen devastabatur. Fritsche ματρὸς proposuit. Quae sequuntur, ὅδε γὰρ ὁ Σκύθης κτέ., ipse comicus finxit. Tacet enim Scholiasta, qui praecedentes versus et sequentes ex Andromeda petitos esse accurate indicavit. De metro horum versuum dissentiunt viri docti. Vera mihi videtur Hermanni coniectura, quam correxit Enger, Aristophanem

dochmios scripsisse: ὅδε γὰρ ὁ Σκύθης πάλαι μοι φύλαξ | ἐφεστὼς ὀλοὸν, ἄφιλον ἐκρέμασεν | κόραξιν δεῖπνον.

Vs. 1029—1041. ὁρᾷς ἔμ'; οὐ χοροῖσιν κτέ.

„Hoc canticum maximam partem ex Euripidis tragoedia expressum videtur." Nauck. Schol. 1030: πάλιν ἐξ 'Ανδρ. Ex hoc dramate manarunt vss. 1029—1031, in quibus genus femininum ἔχουσα servatum est. Verba quoque κήτει βορὰ .... προκεῖμαι Euripidis esse probabile fit ex adiecto Γλαυκέτῃ. Haec enim est talium locorum facetia ut unum tantum verbum in tragico versu mutetur, sicut v. c. Ran. 840, ubi ἀρουραίας pro θαλασσίας.

Animadvertendum est praeterea iisdem verbis uti Apoll. II 4, 3.3: ἐὰν .... προτεθῇ τῷ κήτει βορά, II 4, 3.2: 'Ανδρομέδαν παρακειμένην (Hercher προκειμένην) βορὰν θαλασσίῳ κήτει, Eratosth. Catast. c. 15: τὴν δ' αὐτοῦ θυγατέρα δοκεῖ παραθεῖναι τῷ κήτει βορά, c. 17: ὡς καὶ προετέθη τῷ κήτει. Videntur haec e communi fonte derivata esse, et cum Eratosthenes in utroque capite ad Euripidis tragoediam provocet (c. 15 praemittit: ἦν δὲ (Κηφεύς) ὡς Εὐριπίδης φησὶν, Αἰθιόπων βασιλεύς, 'Ανδρομέδας δὲ πατήρ· c. 17 subiungit: λέγει δὲ καὶ Εὐρ. σαφῶς ἐν τῷ περὶ αὐτῆς γεγραμμένῳ δράματι.) firmatur suspicio verba κήτει βορὰ προκ. ex Euripidis Andromeda orta esse. Verba schol. Av. 348 allata, ἐκθεῖναι κήτεϊ φορβάν, aliam in tragoedia sedem habuerunt.

Ad. 1034 Schol. annotat: καὶ τοῦτο ἐξ 'Ανδρ.

E repetita ad vs. 1040 scholiastae annotatione καὶ ταῦτα ἐξ 'Ανδρ. efficio verba φῶτα — φλέγουσαν in tragoedia non cum praecedentibus connexa fuisse sed novum esse monodiae fragmentum. Orationis nexus non anxie quaerendus est, nam, ut Schol. 1018 monuit, διὰ τὸ λαμβάνειν ἀποσπάσματα ἀσύνδετον τὸ ὅλον γίνεται. Quis enim nexum desideret simili loco Vesp. 756 sq.? Satis est, opinor, si aliquam sententiam etiamsi

contortam ex hisce Andromedae pannis consuere possumus, et cum *λιτομέναν* et *Φλέγοντα* cum *γοᾶσθέ με* iungi possint (melius etiam *λιτομένα* cum *πέπονθα*), non opus est cum Dindorfio suspicari ante *Φῶτα* aliquid excidisse.

Andromeda verbis *Φῶτα κτέ.* patrem dixit vel eum a quo ad scopulum alligata erat; Mnesilochus Euripidem, memor malorum quae ab eo gemens lamentansque passus erat, vs. 222 sqq., quam si relegimus comoediae partem apparet falli Fritschium, qui ut probet *τὸν Φῶτα* Scytham esse: „Mnesilochus minime Euripidem rogaverat neque obsecraverat, adeo „ut nugae istae atque mendacia, *Φῶτα* (Euripidem) *λιτομέναν* „ferri nullo modo queant."

Vs. 1047 sqq. *ἰὼ μοῖρας ἄτεγκτε δαῖμον· κτέ.*

Quamquam tacet Scholiasta haec sine dubio Euripidea habenda sunt. Ad 1048 observat Fr. verba ita ab Ar. mutata esse ut plane contraria evaderet sententia. Andromedam exclamasse: *τίς ἐμὸν οὐν ἐπόψεται κτέ.* Ex *παρὰ προσδοκίαν* addito *τὸν βάρβαρον* vs. 1051 (Euripides fortasse *τὰν δύσμορον* N. vel *πάμμορον* Fr.) probabile fit *εἴθε με — ἐξολέσειεν* ipsa esse Euripidis verba.

Obscura sunt quae in fine huius monodiae leguntur *λαιμοτόμητ' — πορείαν.* Fritsche: *λαιμότμητ' ἄχη δαιμόνι' αἰόλαν | νέκυσιν ἔπι πορείαν,* ita ut *ἄχη* et *πορείαν* appositio sint praecedentis *ὡς ἐκρεμάσθην,*

Quae legitima certe est constructio, cf. Eur. Andr. 292. El. 231; sed num *πορεία ἐπὶ νέκυσιν* h. l. Graecum sit dubito. Affert Fritsche *ἀπάγειν τὴν ἐπὶ θανάτῳ,* quod tamen argumento esse nequit; *θάνατος* enim non locus est quo quis abducitur, et *ἐπὶ θανάτῳ* valet: *ut moriatur,* v. c. Xen. Anab. I 6, 10: *ἔλαβον τῆς ζώνης τὸν 'Ορόνταν ἐπὶ θανάτῳ,* Herod. IX 37: *ἔδησαν ἐπὶ θανάτῳ,* III 119: *ἔδησε τὴν ἐπὶ θανάτῳ.*

Locos quibus probetur *ἐπὶ νέκυσιν* „ad inferos" valere frus-

tra quaesivi. Contra quid sit ἐπὶ πορεἰαν, sive δαιμόνων sive δαιμόνι' legatur, non assequor neque habeo quo loco corrupto medeor. De forma λαιμοτόμητος Porson ad Hec. 206 „Vereor „ut sit Graecum."

Vs. 1058. σὺ δ' εἶ τίς, ἥτις τοὐμὸν ᾤκτειρας πάθος;

Euripideum esse versum virorum doctorum admodum probabilis est opinio.

Nauck, fr. 125, coniunxit vss. 1110, 1058 et 1101.

Pers. ὦ παρθέν', οἰκτείρω σε κρεμαμένην ὁρῶν.
Andr. σὺ δ' εἶ τίς ὅστις τοὐμὸν ᾤκτειρας πάθος;
Pers. Περσεὺς πρὸς Ἄργος ναυστολῶν.

„Ex Eur. Andromeda hos versus esse derivatos dudum „intellexerunt, vs. 1 et 2 iam Barnesius coniunxit, versu 3 „quem his adiungere non dubitavi, exclusi verba τὸ Γοργόνος „κάρα κομίζων huic loco minime apta." Nauck.

Versus 2 et 3 non exclusis verbis τὸ — κομίζων iam coniunxerunt Welcker et Fritsche.

Sed iniuria, ut mihi quidem videtur, diversa colligaverunt. Non nego verba τὸ Γοργόνος κάρα κομίζων „huic loco (id est post vs. 1058) minime apta esse." Verum inde non sequitur dissecanda esse quae optime cohaereant neque τὸ — κομίζων Euripidi abiudicandum esse aut alii dramatis parti tribuendum, sed potius *vss.* 1058 *et* 1101 *non esse copulandos*. Accedit ut, si τὸ — κομίζων huic loco non conveniat, neque πρὸς Ἄργος ναυστολῶν aptum sit responsum. Quid enim Andromedae, quae in ultimo vitae discrimine erat, intererat quo iter faceret Perseus?

Deinde quaerendum est an vinculo quodam inter se cohaereant vss. 1110 et 1058. Meo iudicio, nullo. Quod verbum οἰκτείρειν in utroque reperitur admodum debile est argumentum, et nihil est quod suspicemur Andromedam verbis quibus in comoedia *Echo* appellaverit, in tragoedia

Perseum appellavisse. Ipsa parodia comici indicium est tragoediae verba in hunc ordinem disposita fuisse: Gemitus edit Andromeda; resonat vox; miratur Andromeda opinans hominis vocem se audire et rogat *σὺ δ' εἶ τίς ὅστις τοὐμὸν ᾤκτειρας πάθος;* iterum resonat Echo donec intellegit Andromeda falsa se teneri opinione neque hominem esse qui sibi respondeat sed Ἠχὼ *λόγων ἀντῳδόν.*

Non igitur unum habemus fragmentum tribus versibus constans sed, si revera vs. 1101 Euripideus est, tria.

Vs. 1065 sqq. *ὦ Νὺξ ἱερά,*
μακρὸν ὡς ἵππευμα διώκεις,
ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ'
αἰθέρος ἱερᾶς,
τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου.

Varias virorum doctorum coniecturas vide ap. Nauckium et Dind. fr. Eur. 114. Schol.: *τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή.* Εἰσβολή est „initium," ut observavit a. h. l. Enger, qui de hac voce cum Fritschio disputavit. Minus recte Dind. ad fr. Aesch. 141: „*εἰσβολὴ* de primo fabulae versu dictum similiter ap. schol. Ran. 1 et Thesm. 1065." Nusquam quod sciam de primo versu dicitur, sed de prima fabulae vel orationis sententia, de prima igitur prologi vel prooemii parte. Schol. Ran. 1, ubi legitur: *εὐθὺς ἐν τῇ εἰσβολῇ διαβάλλει τοὺς κωμῳδοὺς ὡς γελοίοις χρωμένους,* vocabulum *εἰσβολὴ* non primum versum denotat sed initium colloquii Dionysi et Xanthiae. Schol. Thesm. 1065 non de primo tantum sed de quinque prioribus versibus sermo est. Idem obtinet ap. Suid. in v. Ἄρατος Σολεύς, ubi: *βιβλία ὧν θαυμάσιος ἡ εἰσβολή.* Alia exempla affert Thesaur. L. Gr. i. v. *εἰσβ.*, quibus adde Schol. Ran. 1219: *Σθενεβοίας δὲ ἡ ἀρχή. διαβάλλει δὲ τὴν ὁμοειδίαν τῶν εἰσβολῶν τῶν δραμάτων.*

Vs. 1070. *τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν*
μέρος ἐξέλαχον θανάτου τλήμων;

Schol. *καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ προλόγου. λείπει „μέλλουσα τυχεῖν."* Fr. 115. De *περίαλλα* cf. Pors. Med. 284.

De hac festivissima parodia recte, refragante ut solet Engero, iudicavit Fritsche: „Nobis quidem parum tragice Echo ista „videtur introducta esse, cum praesertim lamentatio eius vir„gini ipsi molesta fuerit."

Posset fortasse tale inventum defendi si vocis imagine in tragoedia opus esset, v. c. ad aliquem terrore afficiendum, in Andromeda vero echo nihil est nisi additamentum vel, ut Euripidi videbatur, ornamentum, quo tamen facile carere possumus. Proposuit sibi, ni fallor, poeta ita afficere auditores ut sentirent virginem in desertissima solitudine ad saxa alligatam esse, ubi nulla audiretur vox nisi quae montium anfractu repercuteretur. Sed non assecutus est quod sibi proposuerat. Aliud est Echus vocem describere, quod fecit Ovidius, aliud in scena resonantem facere atque in tragoediam introducere quod in re musica vix ferri possit. Etiam si naturam revera imitatus esset neque nisi lenissime vox resonasset, artificio usus esset a tragoedia alieno; at, cum in maius rem augeret, cum tam claras redderet voces Echo ut Andromeda rogaret quis adesset et deinde ut tacere vellet, aptissimum erat hoc inventum non ad animos auditorum commovendos, quod Engero videbatur, sed ad theatrum exhilarandum neque dubito quin auditores quibus aures teretes essent subridentes hoc Andromedam inter et Echo colloquium audiverint.

Vs. 1098. *ὦ θεοὶ, τίν' ἐς γῆν βαρβάρων ἀφίγμεθα*
ταχεῖ πεδίλῳ; διὰ μέσου γὰρ αἰθέρος
τέμνων κέλευθον πόδα τίθημ' ὑπόπτερον —

Schol. *εἰς Περσέα ἐξ Ἀνδρομέδας τρία τὰ πρῶτα.* Fr. 123. *Ἐστὶ Περσέως* Fritsche; sed fortasse *εἰς Περσέα* ex vocabulis

ὡς Περσεὺς ad nomen Euripidis adscriptis ortum est. Ex iis quae subiungit scholiasta *καὶ λοιπὸν ἐπέζευξε τὰ ἑξῆς* non apparet an verba *Περσεὺς — κομίζων* tragoediae tribuenda sint. Cf. ad vs. 1058.

Vs. 1105. *ἔα· τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ καὶ παρθένον*
θεαῖς ὁμοίαν ναῦν ὅπως ὡρμισμένην;

Schol. *πάλιν ἐξ Ἀνδρ.*
ἔα· τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ περίρρυτον
ἀφρῷ θαλάσσης, παρθένου τ' εἰκώ τινα κτέ.

Fr. 124. Meminerat Ar. cum vs. 1106 scriberet, Herc. fur. 1094, *ἰδού, τί δεσμοῖς ναῦς ὅπως ὡρμισμένος κτέ.* cf. Ribb. Ach. Anh. p. 292.

Vs. 1107. *ὦ ξένε, κατοίκτειρόν με τὴν παναθλίαν·*
λῦσόν με δεσμῶν. Fr. 129 et

Vs. 1110. *ὦ παρθέν', οἰκτείρω σε κρεμαμένην ὁρῶν.*

Fr. 125. Utrum parodia an paratragoedia haec dicenda sint non liquet; illud verisimile est. Cf. ad vs. 1058. Ribb. p. 292: „Was nun zunächst folgt ist nicht mehr aus der Tra„goedie entnommen, nur noch von 1128 f. wäre es möglich." Non tamen praetermittendi sunt vss.:

1116. *ἀ[illegible] γὰρ νοσήματα*
ἄτοπον ἔστιν.

1122. *πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος.* Fr. inc. fab. Eur. 881 N. De hoc versu Porson Hec. 1010 „Ex Andr. sumptus videtur." simul monens *πεσεῖν ἐς* apud Tragicos usitatum esse. Idem conicere licet de

1128. *αἰαῖ· τί δράσω; πρὸς τίνας στρεφθῶ λόγους;*
ἀλλ' οὐκ ἂν ἐνδέξαιτο βάρβαρος φύσις.

Verba Persei de duro animo Cephei patris, qui Andromedam sibi negaverat, conquerentis, ut Fritschio videtur.

Vs. 1130. *σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ*
μάτην ἀναλίσκοις ἄν.

Eur. Med. 299:

σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ
δόξεις ἀχρεῖος κοὐ σοφὸς πεφυκέναι.

Porson ad Med. suspicatur Euripidem scripsisse *σοφὰ* sed postea „Aristophanis reprehensione permotum *σοφὰ* in *ἔπη* „mutasse." Quod tamen non probabile est, cum Medeae versum minime ut reprehenderet attulerit Ar., sed quia ad eius usum accommodatissimus erat. Nihil voluit poeta nisi auditorum animos delectare seriis cum ridiculis miscendis. Cf. Dind. ad Med. 299.

Similia Sophocli tribuuntur. Ath. X c. 43, p. 433. Fr. 692 N., 702 D.

διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ
οὐκ ἂν πλέον τέρψειας ἢ πιεῖν διδούς.

Porson: *ἢ 'μπιεῖν*, quem secuti sunt N. et D. Quid sit *ἐμπιεῖν* docet Ar. Eccl. 142: *καὶ λοιδοροῦνταί γ' ὥσπερ ἐμπεπωκότες.* Dicitur de iis qui non modo sitim explent sed qui vinum potant ut se exhilarent, Pac. 1143, Eur. Cycl. 336 et pass. Si igitur, quod testatur Athenaeus, Sophocles hosce versus scripsit, certe in dramate satyrico scripsit. Verum num audiendus sit Athenaeus vehementer dubito. Tanta enim iis est cum loco Euripidis similitudo ut non possim non suspicari nomen Sophoclis errore natum esse ex alicuius comici poetae nomine, qui parodia locum Medeae expresserit. Fortasse ille Soph. fuit Sophilus, quem saepius citavit Athenaeus.

Simili errore Schol. Ran. 100 *Μελανίππη σοφή* depravatum est in M. *Σοφοκλέους.* Plura eiusmodi exempla collegit Meineke III p. 584.

Vs. 1215. *ὀρτᾶς δέ τι συβίνη' στί· κατάβινῆσι γάρ.*

Cf. ad vs. 455 et Ar. fr. 304.

RANAE.

Vs. 64. *ἆρ' ἐκδιδάσκω τὸ σαφὲς, ἢ 'τέρᾳ φράσω;*

Schol. *ἑτέρᾳ φράσω. ἔστι δὲ τὸ ἡμιστίχιον ἐξ* Ὑψιπύλης Εὐριπίδου. Fr. 763. Recte Kock a. h. l. „doch ist die Uebereinstimmung nur eine Folge eifriger Lectüre und an eine „verspottende Parodie nicht zu denken." Observandum est Dionysum, postquam dixit sibi tantopere placuisse Euripidis Andromedam, pluribus uti verbis cothurno quam socco aptioribus, ut: 59 *ἵμερός με διακναμαίνεται*, 66 *με δαρδάπτει πόθος*, 72 *οἱ — κακοί*, 84 *ποθεινὸς τοῖς φίλοις* et al., neque mirum est virum *Φιλευριπίδην* ita loqui.

Vs. 72. *οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσὶν, οἱ δ' ὄντες κακοί.*

Schol. Εὐριπίδου ἐξ Οἰνέως:

D. *σὺ δ' ὧδ' ἔρημος ξυμμάχων ἀπόλλυσαι;*

O. *οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσὶν, οἱ δ' ὄντες κακοί.*

Fr. 569. Colloquuntur Diomedes et Oeneus. His videtur verbis usus esse Rhinton. Cicero ad Attic. I 20 queritur se „*hanc viam optimatium post Catuli mortem nec praesidio ullo* „*nec comitatu tenere. Nam, ut ait Rhinton, ut opinor, οἱ μὲν* „*παρ' οὐδέν εἰσι, τοῖς δ' οὐδὲν μέλει.*" Fritsche: „ex illis ver„bis *post Catuli mortem* necessario efficitur scripsisse Rhinto-

„nem, *οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσί.*" Quod verum esse potest, necessarium non est. Vitio tamen, ut mihi videtur, laborat *παρ' οὐδέν*. De facinore quod committere pro nihilo putabant, dicebant Graeci: *παρ' οὐδέν ἐστί μοι* sequente infinitivo, ut Eur. Or. 569, *παρ' οὐδὲν αὐταῖς ἦν ἂν ὀλλύναι πόσεις*; de homine qui viribus destitutus esset: *οὐδέν ἐστι*, ita ut, nisi praestet emendatio Fritschii, Rhintonem *οἱ μὲν γὰρ οὐδέν εἰσι κτέ.* scripsisse verisimile sit.

Vs. 93. *χελιδόνων μουσεῖα.*

Schol. *παρὰ τὰ ἐν 'Αλκμήνῃ Εὐριπίδου: πολὺς δ' ἀνεῖρπε κισσός, εὐφυὴς κλάδος, | ἀηδόνων μουσεῖον.* Fr. 89.

Vs. 97. ..... *ὅστις ῥῆμα γενναῖον λάκοι.* vid. ad Ach. 410.

Vs. 100. *αἰθέρα Διὸς δωμάτιον, ἢ χρόνου πόδα,*
ἢ φρένα μὲν οὐκ ἐθέλουσαν ὀμόσαι καθ' ἱερῶν,
γλῶτταν δ' ἐπιορκήσασαν ἰδίᾳ τῆς φρενός.

Schol. 100 *Εὐριπίδου ἐκ Μελανίππης: ὄμνυμι δ' ἱρὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός.* Si hunc locum respexit comicus, „iniusta" ut scripsit Fr. „et toto genere ieiuna videtur censura lususque „iste Aristophanis." Ut Euripidem defenderent certatim attulerunt interpretes illud Homeri *Ζεὺς αἰθέρι ναίων*, et comicum saepius minime „sine ira et studio" iudicasse, ea quae de Socrate et Pericle protulit documento sunt. „Attamen," sic pergit Fr., „Euripides ab Anaxagora philosopho inductus „toties aetherem memoravit, ... ut aetheris mentione facta „vel in optima causa derideri a Comicis posset vulgo plau„dente." Quae vera sunt, si excipimus quae de Anaxagora scribit, cf. ad Thesm. 13. Neque minus iniuste carpsit *χρόνου πόδα*, verba, teste scholiasta, ex Alexandro Eur. petita ubi „*καὶ χρόνου προὔβαινε πούς.*" Eadem dictio reperitur Bacch. 889,

quae tamen tragoedia post Ranas demum Athenis docta est. Cf. vs. 311. 892.

De vss. 101 et 102 vid. ad Thesm. 275.

Vs. 105. *μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν· ἔχεις γὰρ οἰκίαν.*

Schol. *καὶ τοῦτο παρὰ τὸ ἐν Ἀνδρομάχῃ:*

μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.

Cum haec in Andromache non legantur, *ἐν Ἀνδρομέδᾳ* coniecit Matthiae, quem secutus est Dind. fr. 145. Aliter Fritsche. Suidas enim in voc. *μὴ τὸν ἐμὸν κτέ.* haec habet: *παρὰ τὸ ἐν Ἀνδρομάχῃ Εὐρ. ἢ οὕτως* (Toup: *ἔχον οὕτως*) *μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω*, unde efficit Fr. duos a grammaticis permixtos esse versus, alterum ex Andromache, vs. 237 (aut 581), alterum ex incerta tragoedia, et huius confusionis vestigia in corrupto Suidae loco superesse, in scholiis evanuisse. Utra opinio praestet diiudicare non ausim.

Vs. 184. *χαῖρ' ὦ Χάρων.*

Schol. *Δημήτριός φησιν Ἀχαιοῦ ὅλον εἶναι ἐκ τοῦ Αἴθωνος. λέγουσι δ' αὐτὸ οἱ Σάτυροι: „χαῖρ' ὦ Χάρων, χαῖρ' ὦ Χάρων, χαῖρ' ὦ Χάρων, ἦ που σφόδρα θυμοῖ;"*

„Verba vix integra." N. fr. Ach. 11. Iam coniecit scholiasta triplicem hanc salutem Dionyso, Xanthiae et mortuo tribuendam esse.

Vs. 282. *οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρόν ἐσθ' ὡς Ἡρακλῆς.*

Schol. *παρὰ τὰ ἐκ Φιλοκτήτου Εὐρ.:*

οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον ὡς ἀνὴρ ἔφυ.

Fr. 786. Verba Ulyssis e prologo. Queritur hic, teste Dione Chrys. ap. Dind. fr. Ph., amentiam hominum, qui cum liceat quietam agere vitam, maiora semper petunt et pericula obeunt.

Vs. 297. *ἱερεῦ, διαφύλαξόν μ', ἵν' ὦ σοι ξυμπότης*

Vexavit hic locus veteres interpretes ut nos docent scholia. In Rav. aliisque codicibus adscriptum est: Ἱερέως τινὸς ἀκολουθοῦντος αὐτῷ μέμνηται. Sed quisnam fuerit ille sacerdos et unde venerit non patet. Scholiastae opinio nihil est nisi coniectura qua opus esse arbitrabatur ut hunc versum et 308 explicaret. Opinati sunt alii, quibus assentitur Enger, Dionysum revera confugisse ad sacerdotem Bacchi, qui in prima sedebat cavea. Quam sententiam iure impugnavit Kock. Quae addit Scholiasta φαίνονται δὲ οὐκ εἶναι ἐπὶ τοῦ λογείου, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας, ἐν ᾗ ὁ Διόνυσος ἐνέβη καὶ ὁ πλοῦς ἐπετελεῖτο sine ulla causa ficta sunt. Frustra haec omnia tentarunt cum res perspicua sit. Sicut enim sacerdotes deum implorare solent, nunc deus Dionysus, qui se ipse in auxilium vocare nequit, sacerdotem. Cf. Kockium a. h. l. Nihil aliud voluit Ar. quam partes permutare neque minus festivus esset eius iocus si nullus in theatro adfuisset sacerdos.

Erroris ansam dedit, ni fallor, falsa interpretatio versus 308. Metu liberatus exclamat Dionysus:

οἴμοι τάλας, ὡς ὠχρίασ' αὐτὴν ἰδών,

Cui respondet Xanthias:

ὁδὶ δὲ δείσας ὑπερεπυρρίασέ σου.

Quis est ὁδί? Responderunt alii aliter. Plerique, Hemsterhuis, Fritsche, Kock, assentiuntur grammatico qui annotavit vs. 308: ὁ τοῦ Διονύσου ἱερεύς. πυρρὸς γὰρ ἦν κατὰ φύσιν. Aristarchus putavit de se ipso loqui Xanthiam, καὶ γὰρ διότι πυρρὸς, οὕτως ἐπικεκλῆσθαι, καθάπερ Πυρρίας καὶ Σμικρίνης. Ixion contra aliquem ex auditoribus peti. Alius cuius nomen non additur, reputans sub Aristophanis dictionibus obscurioribus saepe iocos minus honestos latere, de πυρρῷ αἰδοίῳ cogitavit.

Harum interpretationum nulla satisfacit. Non est, fateor, τῶν ἀδυνάτων versu 308 sacerdotem Bacchi peti, qui ut docent Eupolis in schol. a. h. l. et Hesychius in voce Ἱερεὺς Διονύσου, rubicundo erat vultu, sed tam ieiunus est talis

iocus ut aliam, si fieri potest, viam ingredi praestet. Prae metu πυρριᾶν de una tantum corporis parte dici potest, de πρωκτῷ, et hanc verbo ὁδὶ voluit, opinor, Aristophanes. Non profecto, si ita interpretamur, admodum elegans evadit iocus; salem et leporem in eo frustra quaeris, sed saepius delectatur Aristophanes γέλωτι Μεγαρόθεν κεκλεμμένῳ. Apte comparari possunt Eq. 900, ubi de Heliastis qui silphium gustassent Agoracritus: οὐ γὰρ τόθ' ὑμεῖς βδεόμενοι δήπου 'γένεσθε πυρροί; Eccl. 1061, ubi iuvenis: πυρρὸν ὄψει μ' αὐτίκα ὑπὸ τοῦ δέους, Eccl. 329, Ran. 484 sqq.

Sed redeamus ad vs. 297. Coniecerunt nonnulli, ut e scholiis apparet, verba ἱερεῦ κτέ. parodiam esse versus alicuius poetae: ἔχειν δέ φασι καὶ λόγον εἶναί τινος τὸν στίχον ποιητοῦ νῦν διασυρόμενον et ἢ καὶ διασύρων τινὰ τῶν φαύλων ποιητῶν. De διασύρειν vero ne cogitari quidem potest neque de parodia, opinor, cum grammaticorum, qui in hunc locum inquisiverunt, neminem talem versum alius poetae novisse appareat.

Vs. 303. ἔξεστί θ' ὥσπερ Ἡγέλοχος ἡμῖν λέγειν
ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ.

Notissimus est error Hegelochi histrionis qui Orestis partes egit, Or. 279. Eidem luserunt Strattis, Mein. II p. 787,

γαλήν' ὁρῶ. B. ποῖ, πρὸς θεῶν, ποῖ ποῖ γαλῆν;
A. γαλήν'. B. ἐγὼ δ' ᾤμην σε γαλῆν λέγειν ὁρῶ.

et Sannyrio in Danaë, Mein. II p. 874. De vs. 311 vid. ad 100.

Vs. 320. ᾄδουσι γοῦν τὸν Ἴακχον ὅνπερ Διαγόρας.

Kock. a. h. l.: „Wie Wo. 830 Socrates als Gottesleugner „ὁ Μήλιος genannt wird, so bezeichne hier der Name Diago- „ras den Euripides, der in den Bakchen vor einiger Zeit die „Maiestät des Dionysus verherrlicht, in so vielen anderen „Dramen aber sich als ein wahrer Diagoras gezeigt hatte." Cui coniecturae obstat Bacchas post Ranas doctas esse. Ranae

enim doctae sint Ol. 93,3, initio anni 405; Bacchae post mortem Euripidis, qui eodem huius olympiadis anno obiit, non igitur ante festum Dionysiacum anni 405 in scenam prodierunt.

Vs. 357. *Κρατίνου τοῦ ταυροφάγου.*

Schol. *εἴρηται δὲ παρὰ τὸ Σοφοκλέους ἐκ Τυροῦς „Διονύσου τοῦ ταυροφάγου"*. Quod tamen non probat Aristophanem hunc imitatum esse locum. De interpretatione vid. Kock. a. h. l.

Vs. 465. *ὦ βδελυρὲ κἀναίσχυντε καὶ τολμηρὲ σύ.*

Ad hunc versum pertinere schol. Ven., quod ad vs. 467 adscriptum est, arbitrati sunt nonnulli interpretes: *παραπλήσιά ἐστι τούτοις τὰ ἐν τῷ Θησεῖ* (in cod. *τὰ τῶν Θησείων*) *πεποιημένα παρ' Εὐριπίδῃ. ἐκεῖ γὰρ τοιοῦτος ἦν σπουδάζων καὶ τοιαῦτα λέγει πρὸς τὸν Μίνω.* Itaque Nauck hunc Aristophanis versum fragmentis Euripidis adnumerat, fr. 386. Ribbeck Ach. Anh. p. 300: „Theseus hatte ein Disput mit Minos in „welchem er Ausdrücke gebrauchte, wie Aeacus gegen den „vermeintlichen Heracles." Dubitanter Kock: „Sie (verba „Aeaci vs. 465) sollen aus Euripides Theseus stammen und „dieser den Minos? so angefahren haben." Dindorf non in fragmentorum numerum recepit. Recte, cum hic Aristophanis versus cum Theseo omnino nihil commune habeat.

Si enim ipsa inspicimus verba, nihil est quod de parodia cogitemus; *βδελυρός* convicium est a tragico sermone alienum neque quod sciam usquam in tragoedia reperitur. Saepius contra recurrit in Ar., ut Eq. 304, Plut. 1069. Conferamus inprimis Pac. 182:

> *ὦ βδελυρὲ* (cod. *μιαρέ*) *καὶ τολμηρὲ κἀναίσχυντε σὺ*
> *καὶ μιαρὲ καὶ παμμίαρε καὶ μιαρώτατε.*

ad quos versus idem Schol. Ven., quamquam de hoc Mercurii et Trygaei colloquio disputat, nihil de imitatione Thesei

annotavit. Deinde summo iure post Minoëm signum interrogationis posuit Kock, nam etiam si probabile esset talibus conviciis in regem invectum esse Theseum, non video cur τολμηρόν eum et ἀναίσχυντον appellasset.

Quid igitur de testimonio scholiastae censendum est? Recte iudicarunt viri docti id non pertinere ad vs. 467, ὃς τὸν κύν' ἡμῶν ἐξελάσας κτἑ., cui adscriptum est. *Sed mihi videtur non magis ad vs.* 465 *pertinere*. Scholia ad Aeaci verba 465 sqq. confusa sunt et depravata ita ut genuinam scripturam elicere non facile sit. Attamen si quid video, *Schol.* 467 παραπλήσια — Μίνωα *et postrema pars Scholii* 475 τὸ γὰρ Στυγός κτἑ. *ad vs.* 470 *adscripta fuerunt unde infelici casu in diversa migraverunt loca.*

Incipiamus a Schol. 475. Legimus ..... ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν ἔχιδναν, μύραιναν εἶπε. τὸ γὰρ Στυγὸς ἐπιπλύνσιον εἶπε τούτοις. ἔστι δὲ ταῦτα ἐν Θησεῖ πεποιημένα Εὐριπίδῃ· ἐκεῖ γὰρ τοιοῦτός ἐστι σπουδάζων ὁ Εὐριπίδης οἷος ἐνταῦθα παίζων. Pro ἐπιπλύνσιον Nauck: ἐπιπληκτικόν sed parum feliciter, ut mihi videtur, nam ἐπιπληκτικὸν εἶπε τούτοις quid sit non assequor. Dindorf: ἐπὶ πλησίον, sed neque ita verba Scholiastae intelleguntur. Accedit quod etiam verba ἐκεῖ — παίζων nihili sunt. Suspicor ΤΟΓΑΡ corruptum esse e ΤΟΙΑ, et τοία Στυγός, quod cum iis quae praecedunt minime cohaeret, lemma esse Scholii vs. 470 τοία Στυγός σε μελανοκάρδιος πέτρα. Deinde pro ἐπιπλύνσιον legendum esse παραπλήσιον, cf. Schol. 467 (ἐπί et περί, περί et παρά in codicibus saepe permutata esse docet Bast. Comm. pal. p. 783 et 830), et verba ὁ Εὐριπίδης suo loco reponenda esse post τούτοις. Itaque habemus scholium ad vsm. 470: Τοία Στυγός· παραπλήσιον εἶπε τούτοις ὁ Εὐριπίδης. ἔστι δὲ ταῦτα ἐν Θησεῖ πεποιημένα Εὐριπίδῃ· ἐκεῖ γὰρ τοιοῦτός ἐστι σπουδάζων οἷος ἐνταῦθα παίζων, quae a scholiorum Graecitate non abhorrent. Haec dicit interpres: *Ibi* (in Theseo) *est aliquis qui serio profert quae hic* (in Ranis) *ludens aliquis imitatur.*

Idem fere scholium legitur ad 467, neque hoc integrum. Quis enim intellegit: ἐκεῖ γὰρ τοιοῦτος ἦν σπουδάζων καὶ τοιαῦτα λέγει πρὸς τὸν Μίνωα? Sine dubio voluit qui haec scripsit τοιαῦτα λέγει ὁ Θησεύς. Suspicor genuinam scripturam fuisse: ἐκεῖ γάρ τοι οὗτος (i. e. Theseus, cuius nomen praecedentibus ἐν τῷ Θησεῖ πεποιημένα inest) [ἦν] σπουδάζων [καὶ] τοιαῦτα κτέ., et ex hoc scholio alterum, quod nunc ad vs. 475 legitur, Τοία Στυγός. κτέ. fluxisse. Legit enim qui prius scholium descripsit ἐκεῖ γὰρ τοιοῦτος, quae ne omni sensu carerent, οἷος ἐνταῦθα παίζων addidit. Omnia in scholiis confusa et distorta esse apparet quoque e verbis Schol. 467 διστάσαι δὲ ἄν τις μὴ καὶ ταῦτα μιμεῖται Ἀριστοφάνης. προείρηται ὅτι πολὺς ἐν τούτῳ τῷ γένει ἐστὶν Ἀριστοφάνης, quae inepte mihi videntur ad 467 aut 465 adscripta, cum in praecedentibus nulla imitationis mentio facta sit, et post 470 demum suum habent locum.

Cum igitur omne evanuerit parodiae indicium vss. 465, 467, inquirendum est in sequentes, qui Theseo tribuuntur, vss. 470—475.

Vs. 470—475. τοία Στυγός σε μελανοκάρδιος πέτρα
Ἀχερόντιός τε σκόπελος αἱματοσταγὴς
φρουροῦσι, Κωκυτοῦ τε περίδρομοι κύνες,
Ἔχιδνά θ᾽ ἑκατογκέφαλος, ἣ τὰ σπλάγχνα σου
διασπαράξει, πλευμόνων τ᾽ ἀνθάψεται
Ταρτησσία μύραινα.

Si scholiastas audimus, haec Euripidis verba e Theseo dramate referunt. Extant scholia quae hoc testantur ad vss. 470, 473, 475, sed, ut iam statim quod sentiam dicam, *huic testimonio parva fides habenda est neque, me iudice, vss.* 470—475 *cum dramate Theseo aliquid commune habent.* Quod probare conabor.

1. Ad 470 pertinent, ut exposui, Schol. 467 παραπλήσια —

Μίνωα et 475 τὸ γὰρ Στυγὸς — παίζων. Deinde Schol. Ven. καὶ τὰ μὲν ἑαυτῷ πλάττων λέγει, τάδε ἐξ Εὐριπίδου πρὸς Φόβον Διονύσου. Cod. denique Flor. Θ habet ἐκ Θησέως Εὐριπίδου.

Dicitur igitur Theseus Τοία Στυγὸς κτέ. vociferatus esse Minoëm adiens. At quis credat? Acerba sane protulerit verba, in regem invectus sit qui pueros puellasque morti obicere et, ut Hyginus tradit Poet. Astr. II 5 (nescimus an ex Euripide) virginem Eriboeam comprimere voluit, sed quid, quaeso, saxum Stygium et Acherontia rupes et Cocyti canes cum Theseo et rege Cretensium? Quamquam pauca tantum fragmenta Thesei supersunt, quovis tamen pignore contendam talia Theseum non dixisse neque Minoi neque, quod Musgravio placuit, Minotauro.

Primo quidem adspectu videtur Scholiasta omnia sedulo investigasse et ipsum inspexisse drama, cum vel nomen eius quem Theseus allocutus sit noverit, at alibi quoque in simili re nomina ficta sunt. Eiusdem enim cod. Ven. Scholiasta, qui hoc loco de Theseo multus est, ad Vesp. 313, perinde ac si ipse drama inspexisset, memorat Hippolytum fuisse qui ἀνόνητον κτέ. locutus sit. Quod tamen falsum atque fictum est.

2. Ad vs. 473 citat Schol. ipsa Euripidis verba quae imitatus sit Aristophanes: ὁ τόπος οὗτος παρὰ τὰ ἐν Θησεῖ Εὐρ.

κάρα τε γάρ σου συγχέω κόμαις ὁμοῦ
ῥανῶ τε πέδοσ' ἐγκέφαλον, ὀμμάτων δ' ἄπο
αἱμοσταγῆ πρηστῆρε ῥεύσονται κάτω.

Fr. 388. v. Herw. αἱμοσταγεῖς πρηστῆρες οἴσονται.

Mira profecto parodia! Num haec Aristophanes imitatus est? At omnia praeter unum αἱματοσταγής dissimilia sunt.

3. Restat tertia annotatio, ad vs. 475 Ταρτησσία μύραινα: παρὰ τὰ ἐν τῷ Θησεῖ Εὐριπίδου. Fieri omnino potest his verbis parodiam dramatis Thesei inesse, si vero testimonia scholiastarum ponderamus non numeramus, iis quae de schol.

470 et 473 vidimus hocce testimonium valde labefactatur.

Si in causam erroris inquirimus non frustra quaerimus, Grammaticis fraudem fecit annotatio ad 473. Adscripserat doctus aliquis interpres Thesei verba *κάρα τε κτέ.*, non ut parodiam indicaret sed ut locum Ranarum consimili illustraret. Nomine Thesei quod addiderat in errorem inducti sunt alii. Idem mihi videtur accidisse Schol. 1478, ubi versibus Polyidi: „*ἐξ Ἱππολύτου*" adscriptum est. Cf. ad vs. 1079.

At, quamquam non e Theseo, e tragoedia tamen petita sunt:

470. *μελανοκάρδιος πέτρα*, 471 *σκόπελος αἱματοσταγής*. Vox *σκόπελος* in Ar. non nisi Nub. 274 occurrit, ubi anapaestico metro graviter loquitur Socrates; *αἱματοσταγής* tragicum est ut alia eiusmodi composita *αἱματορρόφος*, *αἱματόρρυτος*, *αἱμοβαφής*, et occurrit Aesch. Agam. 1309, Sept. 836; Eur. Suppl. 812, fr. 863,

472. *Κωκυτοῦ περίδρομοι κύνες*, cf. Aesch. Choeph. 924; Eur. El. 1342.

473. *Ἔχιδνα ..... διασπαράξει, πλευμόνων τ' ἀνθάψεται .....* cf. Eur. Phoen. 1020 ubi *νέρτερος Ἔχιδνα*, et Soph. Trach. 778 *σπαραγμὸς αὐτοῦ πλευμόνων ἀνθήψατο.*

475. *μύραινα*. *Μυρ.* erat „*θαυμαστὸν ἔδεσμα*", Ath. VII c. 91, piscis e genere anguillarum. Cum autem voracissimum esset animal quod, ut Vedii Pollionis historia docet, humana quoque carne vesceretur, videtur eius nomen in convicium abiisse et *ἔχιδναν* aut viperam valuisse. Cf. Aesch. Choeph. 994 et comic. ap. Mein. IV p. 657 *ὦ προδότι καὶ παραγωγὲ καὶ μύραινα σύ.* Hes. in voc. *μύρ.*: *ἐπὶ τοῦ κακοῦ ἐλέγετο ὡς ἔχιδνα.* Schol. a. h. l. *μύραινα· δαίμων φοβερά*, quod ex hoc ipso Aristophanis loco effecisse videtur. De *Ταρτησσία* vid. Kock. a. h. l., qui cum Berglero suspicatur nomini Tartari ludere poetam.

477. *Γοργόνες Τιθράσιαι.* Cf. Kock. Pro *Τιθράσιαι* Hermann suspicatus est Euripidem scripsisse *Λιβυστικαὶ*, cum Schol.

477 legatur: Τιθράσιος (Fr. emendat Τίθρασος)· *τόπος τῆς Λιβύης*. Cf. Bacch. 990.

478. *ἐφ' ᾆς ἐγὼ δρομαῖον ὁρμήσω πόδα.* Quorum tragicam dictionem nemo non agnoscit. Eur. Alc. 244, Hel. 1319, Iph. Taur. 1407; Ar. Pac. 160 *δρομαίαν πτέρυγα* in parodia.

Superest ut in originem horum versuum inquiramus. Suspicati sunt Bergler aliique poetam imitatum esse Soph. Trach. 770 sqq. Narrat ibi Hyllus casum Herculis: *εἶτα φοινίας | ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὣς ἐδαίνυτο.* | 778 *σπαραγμὸς αὐτοῦ πλευμόνων ἀνθήψατο.* | 781 *κόμης δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει, μέσου | κρατὸς διασπαρέντος αἵματός θ' ὁμοῦ.* Quibus tamen assentiri non queo. Non enim haec est parodiae indoles ut undecunque verba congerantur quae in re diversa dicta sunt. Aliquid commune habeant aut in re plane contraria dicta sint *τὰ παρῳδούμενα* necesse est. Non minatur Hyllus sed narrat, neque tanta est inter utrumque locum similitudo ut dicas Aristophanem Sophoclis verba quippe huic loco aptissima, sua fecisse.

Alia fuit opinio E. Muelleri, Gesch. der Theorie der Kunst I p. 268, apud Welck. II p. 735. Neque ex Euripidis Theseo neque e Sophoclis Trach. versus 470 sqq. sumsisse Aristophanem censuit sed e dramate Pirithoï. Idem Fritschio mentem subiit sed sententiam mutavit cum „omnes hanc tragoe„diam Pirithoi nomine non Thesei dicant, et ne recte quidem „sciamus utrum Euripides an potius Critias tyrannus fabulam „scripserit," et de aliqua Euripidis tragoedia cogitavit in qua aliquis Herculi praediceret quo mortis genere occumberet.

Sed vereor ut hic *δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι* fuerint. Magnopere enim arridet Muelleri coniectura cum, sicut in Ranis Dionysus-Hercules, in Pirithoo verus Hercules ad inferos descenderit amicos Pirithoum Theseumque per vim liberaturus, quod docent Schol. Tzetz. ap. N. *καὶ Πειρίθοος μὲν κατεβρώθη, ὁ δὲ Θησεὺς ἐσώθη παρ' Ἡρακλέους· κατ' Εὐριπίδην σώζονται καὶ*

οἱ δύο, et Greg. Cor. ap. N. fr. 594. ἐν μὲν γὰρ τῷ Πειρίθῳ (iam ante dixerat δρᾶμα Εὐριπίδου) παρεισάγεται Ἡρακλῆς ἐν Ἅιδου κατελθὼν κατὰ κέλευσιν Εὐρυσθέως καὶ ὑπὸ τοῦ Αἰακοῦ ἐρωτώμενος ὅστις ἐστὶ κτέ. Non obstat dubia huius dramatis origo. Licuit Aristophani imitari sive Critiae esset drama sive Euripidis. Quae etiam Wilam. Moellendorfii sententia est, qui tamen iniuria, ut mihi videtur, fr. 388 (Schol. vs. 473) Pirithoo tribuit, Anal. Eur. p. 173. Optime enim, ut probare conatus sum, explicatur error scholiastarum si verba κάρα τε γάρ κτέ. revera Thesei fuisse statuimus.

Vs. 536. μετακυλίνδειν αὑτὸν ἀεὶ
πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον.

Schol. ὅμοιον τῷ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδου:
οὐ γάρ ποτ' εἴων Σθένελον ἐς τὸν εὐτυχῆ
χωροῦντα τοῖχον τῆς δίκης ἀποστερεῖν.

Per se intellegitur Ar. haec non imitatum esse. Utuntur uterque scriptor eodem loquendi modo.

Vs. 659. Ἄπολλον, ὅς που Δῆλον ἢ Πυθῶν' ἔχεις.
Iambus Ananiae. Bergk. Anan. 1. p. 786.

Vs. 664. Πόσειδον,
ὃς Αἰγαίου πρῶνας ἢ γλαυκᾶς μέδεις
ἁλὸς ἐν βένθεσιν.

Schol. Ven. et al. παρὰ τοῦ Σοφοκλέους ἐκ Λαοκόωντος:
Πόσειδον, ὃς Αἰγαίου μέδεις πρῶνας ἢ γλαυκᾶς μέδεις εὐανέμου λίμνας κτέ.

Fr. Soph. 341, ubi vide coniecturas Bergkii et Herwerdeni. Verisimilis est opinio Kockii verba ὃς — μέδεις e margine in textum Aristophanis irrepsisse. Quae si vera est, Πόσειδον, ἁλὸς ἐν βένθεσιν non e Laocoonte desumtum est.

Vs. 704. τὴν πόλιν καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.

Schol. Δίδυμός φησι παρὰ τῷ Αἰσχύλῳ. ἔστι δὲ ὄντως παρ' Ἀρχιλόχῳ (Bergk. fr. Arch. 23 p. 689):

ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.

Fortasse deceptus est Didymus versu Agam. 723 ἔσχ' ἐν ἀγκάλαις.

Vs. 706. εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος ἢ τρόπον ὅστις ἔτ' [οἰμώξεται.

Schol. τοῦτο Ἴωνός ἐστι ἐκ Φοίνικος ἢ Καινέως:

εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος, ὦ πολῖται.

Fr. Ion. X. p. 571. Strophicum vsm. 675 sqq. ex lyrico aliquo poemate desumtum esse suspicatur Westphal, Metr. II 752.

Vs. 759. πρᾶγμα πρᾶγμα μέγα κεκίνηται μέγα.

Aeacus simulac de Euripide sermo fit, spiritu Euripideo quasi inflatus eius dicendi genus imitatur. Cf. Alc. 260, 266, 413. Hipp. 848, 877, 879, 883 et passim.

Vs. 814. ἦ που δεινὸν ἐριβρεμέτας χόλον ἔνδοθεν ἕξει κτέ. — 829.

Depingit poeta Aeschyleam et Euripideam poesin; prima et tertia stropha, ut infra vs. 902 sqq., magnificam Aeschyli dictionem imitatur, magni ponderis verba congerens, quae tamen non Aeschyli sed magnam partem Homeri propria sunt.

Vs. 834. ἀποσεμνυνεῖται πρῶτον, ἅπερ ἑκάστοτε
ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐτερατεύετο.

Recte Schol. Rav. ὡς τοῦ Αἰσχύλου τερατευομένου ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν δραμάτων. In nonnullis Aeschyli tragoediis ii qui primarias agebant partes satis diu adsedebant tacentes, velato capite. Quod in Niobe et Phrygibus factum esse docet ipse Aristophanes, Ran. 911, et scriptor vitae Aeschyli: διὰ τὸ

πλεονάζειν τῷ βάρει τῶν προσώπων κωμῳδεῖται παρ' Ἀριστοφάνους. ἐν μὲν γὰρ τῇ Νιόβῃ Νιόβη ἕως τρίτου μέρους ἐπικαθημένη..... οὐδὲν φθέγγεται κτέ. Addi potest drama Mysi in quo ἄφωνος prodibat Telephus, cf. Nauck. fr. Mys. In Prometheo non prius loquitur Prometheus quam Hephaestus et Cratos abierint. De Hecuba in Troadibus Eur. cf. Epimetr. II.

Vs. 838. ἔχοντ' ἀχάλινον ἀκρατὲς ἀθύρωτον στόμα.

Ex Eur. fr. 495 ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα. Bacch. 386 ἀχαλίνων στομάτων, Or. 903 ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος. Ribb.

Vs. 840. ἄληθες, ὦ παῖ τῆς ἀρουραίας θεοῦ;

Schol. παρὰ τὰ Εὐριπίδου

ἄληθες, ὦ παῖ τῆς θαλασσίας θεοῦ;

Fr. 878. Propter vss. 855, 864 Telepho hunc versum tribuit Musgrave. Παῖς θ. θ. est Achilles. Cf. ad Vesp. 1518. De πτωχοποιέ, vs. 842, cf. Ach. 412.

Vs. 844. καὶ μὴ πρὸς ὀργὴν σπλάγχνα θερμήνῃς κότῳ.

Dionysus, qui iam 835 Euripidem verbis ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν allocutus erat, hic quoque poetice loquitur. Eur. El. 402 χαρᾷ θερμαινόμεσθα καρδίαν. An parodia sit nescimus. Kock: „Der vers scheint eine Parodie zu sein von Eur. Cycl. 424, ἐγὼ δ' ἐπεγχέων | ἄλλην ἐπ' ἄλλῃ σπλάγχν' ἐθέρμαινον ποτῷ. Cui assentirer si Euripides κότῳ, Aristophanes ποτῷ scripsisset.

Vs. 849. ὦ Κρητικὰς μὲν συλλέγων μονῳδίας,
γάμους δ' ἀνοσίους ἐσφέρων εἰς τὴν τέχνην.

Creticas monodias ὑπορχήματα esse quae ab ipsis saltantibus canerentur, exposuit Fritsche a. h. l. Γάμοι ἀνόσιοι sunt v. c. Macarei et Canaces in Aeolo. Idem Euripidi vitio vertit Ar. vs. 1081, Nub. 1371. Incestum Macarei et Canaces tangit etiam Antiphanes, Mein. III p. 7.

Vs. 886. Δήμητερ ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα
εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων.

Schol. (non Ven. neque Rav.) ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἔπος Αἰσχύλου. Ex Aeschyli Eleusiniis fluxisse coniecit Fritsche.

Vs. 892. Αἰθήρ, ἐμὸν βόσκημα. Cf. ad vs. 100 et Thesm. 13.

Vs. 902. αὐτοπρέμνοις | τοῖς λόγοισιν ἐμπεσόντα.

De Aeschylo, qui voce αὐτόπρεμνος utitur Eum. 401.

Vs. 931. ἤδη ποτ' ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα
τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ζητῶν τίς ἐστιν ὄρνις.

Parodia Eur. Hipp. 375, ubi Phaedra:

ἤδη ποτ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ
θνητῶν ἐφρόντισ' ᾗ διέφθαρται βίος.

Kock: „Die Lächerlichkeit dass Phaedra zu solchen Meditationen gerade die Nacht wählt, verhöhnt Ar. dadurch, „dass er den Dionysus um einer wahren Lumperei Willen „sich in ähnlicher Weise die Nachtruhe entziehen lässt." At quid inest dignum quod rideatur si Phaedra profiteatur se noctu per insomnias de rebus humanis meditatam esse? Neque h. l. ut reprehendat Aristophanes παρῳδεῖ, sed ut rebus dissimillimis coniungendis auditorum cachinnos moveat, sicut Eq. 1290 sqq. Cf. Cob. nov. lect. p. 9. Ξουθὸς ἱππαλεκτρυών Aeschyli est, cf. fr. 130 N., 137. D., quem ob illud monstrum non ab Euripide sed ab ipso Aristophane ludibrio haberi apparet Pac. 1177, Av. 800. Τραγέλαφος, vs. 937, in superstitibus Aeschyli tragoediis non invenitur. Philemon ἱπποτραγελάφους finxit. Kock.

Vs. 946. ἀλλ' οὐξιὼν πρώτιστα μέν μοι τὸ γένος εἶπ' ἂν εὐθὺς
τοῦ δράματος. Vid. ad Ach. 47.

Vs. 949. ἀλλ' ἔλεγεν ἡ γυνή τέ μοι χὠ δοῦλος οὐδὲν ἧττον
χὠ δεσπότης χἡ παρθένος χἡ γραῦς ἄν.

De servis vid. ad Ach. 400. Mulieres philosophae erant Melanippe, cuius disputationes ne a muliere nimis alienae viderentur Eur. finxit eam a matre, Chironis filia, placita philosophica accepisse; et Hecuba, Troad. 884, quem locum respexisse arbitror Theonem, Prog. p. 149, ap. Kock, τὸν δὲ Εὐριπίδην καταμεμφόμεθα ὅτι παρὰ καιρὸν αὐτῷ Ἑκάβη φιλοσοφεῖ.

Vs. 963. Κύκνους ποιῶν καὶ Μέμνονας κωδωνοφαλαροπώλους.

Cycnus et Memnon ab Achille occisi sunt, Pind. Ol. II 146, Hom. Od. XI 522. De Cycno Aeschyleo nihil traditum est. De Memnone tragicus in duobus dramatis egit, in Memnone et in Psychostasia. De κωδωνοφαλαροπώλοις cf. Fritschium a. h. l.

Vs. 985. τὸ τρύβλιον
τὸ περυσινὸν τέθνηκέ μοι.

Schol. πρὸς τὰς λέξεις Εὐριπίδου. Dionysum, 980 sqq., ironice de Euripidis poesi loqui manifestum est. Quaerendum est quid allatis versibus spectaverit. Kock: „Diese Uebertreibung der dichterischen Freiheit unbelebte Wesen wie belebte zu behandelen ist echt Euripideisch." At quamquam talia in Eur. occurrere non nego, non tamen credo ea Euripidis propria esse eumque unum esse reprehendendum. Quid enim, si in eius aemuli Aeschyli Agam. vs. 494 legimus:

μαρτυρεῖ δέ μοι κάσις
πηλοῦ ξύνουρος διψία κόνις τάδε.

Quae si Euripides scripsisset, non dubito quin Aristophanes numero τῶν παρακεκινδυνευμένων habuisset et risisset. Verum non hanc licentiam Aristophanem hic reprehendisse arbitror. Perstrinxit tragicum quod vulgares res atque personas in scenam produxit, huiusque verba 976 καὶ τὰς οἰκίας | οἰκεῖν

ἄμεινον ἢ πρὸ τοῦ detorquet perinde quasi in tragoediis de catinis et de allio egisset.

Permulta iam de indole poeseos Euripideae a viris doctis prolata sunt, cf. Bernhardy, Gr. lit. II p. 388 sqq. Unum vero addere liceat: Aristophanem hoc loco de indole poeseos Euripideae et de tragoedia in universo perperam, ut mihi videtur, iudicasse.

Assentimur ei tragicum vituperanti qui heroes regesque disserentes facit de placitis philosophicis et de rebus vitae domesticae, sed alia nos movet causa, alia Aristophanem.

Nos offendit Euripidem, ratiocinandi studio ductum, theatrum mutare in scholam philosophicam et tam parum personarum *ἤθη* curare ut, si Medeam et Alcestidem excipias, perpaucae in eius fabulis reperiantur, quae revera animos nostros moveant; *Aristophanem* vero, Euripidem hac agendi ratione de tragoediae maiestate aliquid detrahere.

Nobis displicet reges et heroes in scenam prodire ut ratiocinentur et disputent; *Aristophani* vero, eosdem in scenam prodire ut disputent de rebus minus sublimibus.

Nobis ob eandem quam diximus causam non magnopere placebunt disputationes Minervae, Apollinis et chori Furiarum in Aeschyli Eumenidibus, Teucri et Atridarum in Sophoclis Aiace. Aristophanes vero has non modo non tetigit sed nisi omnia me fallunt, si sententia ferenda fuisset, minime improbasset.

Audimus denique Aristophanem et cum eo facimus ubi significat vera artis dramaticae via labi tragicum qui sibi proponat homines ita afficere ut discant *τὰς οἰκίας οἰκεῖν ἄμεινον*, verum non cum eo poetam laudamus qui se summa petere censeat si eo tendat ut cives fortiores reddat, vs. 1008 sqq.

Habet omnino eam vim pulchra tragoedia atque omne quod pulchrum est, ut eorum qui videant aut audiant humanitati serviat, omne quod vile est ac sordidum impugnet, hominum

animos emendet. Sed non hoc consilio artem excolat poeta tragicus, neque alia se obstringi patiatur lege quam ut regnum petat veri atque pulchri. Hoc nos docent poetae Anglus et Germanus, qui dramata Hamlet et Maria Stuart scripserunt, non id agentes ut homines emendarent. Hoc quoque docet ipse Aeschylus. Difficile quidem est de indole poetae iudicare ubi pleraque eius poemata iniuria temporum perierint, sed si e superstitibus iudicium facere licet, Aeschylus, quidquid dicat Aristophanes vs. 1008 sqq., non aliam habuit normam ad quam dramatum scribendorum rationem dirigeret. Nam si unas Persas excipimus, quod poema dramaticum potius quam drama est appellandum, nulla superest tragoedia ab Aeschylo eo consilio conscripta ut Athenienses meliores aut fortiores fierent, ne Septem adversus Thebas quidem, quam Aristophanes *Ἄρεως μεστόν* vocat, cuique Euripides suas Phoenissas opponere potuisset.

Vs. 992. *τάδε μὲν λεύσσεις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ.*

Schol. *ἔστι δὲ ἀρχὴ αὕτη Μυρμιδόνων Αἰσχύλου.* Fr. 127 N. 128 D.

Vs. 1028. *ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Δαρείου τεθνεῶτος.*

Agitur de Aeschyli Persis. Cf. quae de hoc loco corrupto disputaverunt Fritsche, Dindorf, Kock.

Patroclus, vs. 1041, in Myrmidonibus prodierat, Teucrus in trilogia *Ὅπλων κρίσις, Θρῇσσαι, Σαλαμίνιαι* inscripta, fr. Aesch. 77 D. Aeschylum inde a vs. 1006 tragicis verbis uti nemo non videt.

Vs. 1050. *ὅτι γενναίας καὶ γενναίων ἀνδρῶν ἀλόχους ἀνέπεισας*
κώνεια πιεῖν, αἰσχυνθείσας διὰ τοὺς σοὺς Βελλεροφόντας.

Schol. 1043 *ἐλθόντος οὖν ἐκεῖσε Βελλεροφόντου καὶ καθαροῦ φανέντος, μὴ φέρουσα τὴν αἰσχύνην ἡ Σθενέβοια κωνείῳ ἐχρήσατο,*

et Schol. 1051 πολλαὶ τὴν Σθενέβοιαν μιμησάμεναι πιοῦσαι κώνειον ἐτελεύτησαν.

Quid Aristophanes voluerit expedire non facile est. Kock: „Sie schämten sich der unreinen Begierden ihres eigenes „Geschlechts im Gegensatz zu der Keuschheit des Bellerophon." Dubito num recte. Carpit Aeschylus Euripidem quod nefarias in scenam produxit mulieres, Phaedras Stheneboeasque; itaque roganti quid illae noceant Stheneboeae respondere non potuit: quia ob castitatem Bellerophontis matronae veneno sibi mortem consciverunt. Suspicari malim, quamquam neque mihi omnia perspicua sunt, non homines voluisse Aristophanem sed tragoedias qualis Bellerophon fuit. Ipsa Stheneboea in dramate Bellerophonte non prodiit (cf. ad Pac. 76) sed in prologo et e Bellerophontis querelis satis apparere potuit quam libidinosa et perfida esset.

An quod de Stheneboea veneno mortem sibi consciscente memorant scholiastae et Hyginus fab. 57 ex Euripide petitum sit, nescimus. In dramate Stheneboea regina in mare deicitur; fieri potest eam in dramate Bellerophonte venenum sumsisse eiusque mortem Bellerophonti nuntiatam esse, cf. Welcker. II p. 784. Verum quidquid hac de re iudicemus, non minus absurda est Aristophanis criminatio vs. 1050, quam ea quam profert de iis qui τριηραρχεῖν recusarent vs. 1065.

Vs. 1079 sqq. οὐ προαγωγοὺς κατέδειξ' οὗτος,
καὶ τικτούσας ἐν τοῖς ἱεροῖς,
καὶ μιγνυμένας τοῖσιν ἀδελφοῖς,
καὶ φασκούσας οὐ ζῆν τὸ ζῆν;

Προαγωγὸς in Hippolyto erat Phaedrae nutrix; in templo pepererat Auge; Canaces et Macarei incestum argumentum fuit Aeoli, cf. vs. 850 et Nub. 1371. Vs. 1082 spectat notissimum illud Euripidis:

τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται;

De origine huius loci dissentiunt veteres interpretes. Phrixo tribuunt Schol. a. h. l. et Schol. Rav. Ven. 1478, Polyido Schol. Eur. Hipp. 192, Hippolyto Schol. rec. 1478 ubi: ἄλλως. τοῦτο ἐξ Ἱππολύτου δράματος

τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν, ὑπνοῦν δὲ τὸ κατθανεῖν;

Bentley hic ἐκ Πολυΐδου legendum esse censuit eumque secuti sunt Nauck et Dindorf. Attamen quamquam gravissima est talium virorum actoritas, illud ἐξ Ἱππολύτου genuinum esse suspicor et altius repetendam esse erroris causam quam e calami lapsu alicuius librarii.

Idem enim Hippolyti nomen invenitur in Schol. Rav. et Ven. 1478. In Rav. (si Dindorfii annotationem recte intellego) παρὰ τὰ ἐκ Φρίξου Εὐρ. τὸ δὲ κώδιον προσέθηκεν, ἐπειδὴ καθεύδειν ἔφη. ἐξ Ἱππολύτου Εὐριπίδου, in Ven. post ἔφη: ἐξ Ἱππολύτου. τὸ δὲ λοιπὸν τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν. An his quoque duobus locis Ἱππολύτου corruptum est e Πολυΐδου? Sed nihil proficitur hac coniectura. Nam sive ἐκ Πολ. legamus sive ἐξ Ἱππ., sanam sententiam frustra quaerimus, et deinde in R. et V. mentio Polyidi hoc loco fieri non potuit, cum e Schol. 1082 appareat scholiastas locum Polyidi non novisse.

Quid igitur? Fritsche verba ἐξ Ἱππ. e Schol. R. et V. eiecit quippe quae e Schol. 1471 huc irrepserint. Mihi vero videtur vera erroris causa quaerenda esse in Schol. 1082 e quo etiam Fr. Schol. rec. 1478 confectum esse arbitratur.

Schol. 1082 legimus ἔστι μὲν παρὰ τὰ ἐκ Φρίξου Εὐρ.: τίς δ' οἶδεν — δὲ ζῆν. ἀλλ' ὁ λέγων ἐστὶ Φρίξος. οὗτος δὲ (Aristophanes) ὡς παρὰ γυναικὸς εἰρημένον αὐτὸ λέγει. ἰδεῖν οὖν χρὴ μήποτε τὸν αὐτὸν νοῦν παρ' Εὐριπίδῃ γυνὴ λέγῃ καὶ μήποτε τὸ ὑπὸ τῆς τροφοῦ ἐν Ἱππολύτῳ λεγόμενον:

ἀλλ' ὅ τι τοῦ ζῆν κτέ. vs. 192.

Omnia autem perspicua fiunt si statuimus locum Hippolyti etiam ad vs. 1478, *ubi de eodem Euripidis versu agitur, adscriptum fuisse.* In Rav. et Ven. postea omissus est, sed titulus ἐξ Ἱππ. remansit. In recentioribus scholiis confusi sunt Polyidi (Phrixi ut scholiastis videbatur) et Hippolyti loci ita ut, Hippolyti verbis omissis, titulus ἐξ Ἱππ. verbis Polyidi praemitteretur. Simili errore turbata sunt Schol. 470 sqq.

In Scholiis Ar. igitur nullam Polyidi mentionem factam esse arbitror, et unus tantum extat in hac causa testis qui ex hoc dramate verba Aristophanis desumta esse affirmat, Scholiasta Eur. Hipp. 192. Cui tamen fidem habendam esse existimo, cum locum Phrixi servaverit Stobaeus, fr. 830..

Argumentum dramatis, historiam certe Polyidi servavit Hyginus fab. 136. Quaenam vero fuerit mulier, cuius verba afferuntur, nescimus.

Vs. 1126—1128. Ἑρμῆ χθόνιε — κατέρχομαι. Initium Choephorarum.

Vs. 1172. τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ τῷδε κηρύσσω πατρὶ
κλύειν, ἀκοῦσαι.

Choeph. 4. Schol. τὸ δέ, τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ, τὰ ἑξῆς τοῦ προλόγου.

Vs. 1182. ἦν Οἰδίπους τὸ πρῶτον εὐδαίμων ἀνήρ.

Schol. ἐξ Ἀντιγόνης Εὐρ. ἔστι δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος. De hac tragoedia cf. epimetrum II. Ex eadem desumtus est vs. 1187 εἶτ' ἐγένετ' αὖθις ἀθλιώτατος βροτῶν. fr. 157 et 158.

Quae praecedunt vs. 1184,

ὅντινά γε, πρὶν φῦναι μέν, Ἀπόλλων ἔφη
ἀποκτενεῖν τὸν πατέρα, πρὶν καὶ γεγονέναι.

respiciunt Phoen. 1596 sqq. ὃν καὶ πρὶν ἐς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν | ἄγονον Ἀπόλλων Λαΐῳ μ' ἐθέσπισε | φονέα γενέσθαι

πατρός. De quibus recte Geel: „acutius lusit comicus quam „nonnulli perspexerunt. Quum enim primum versum Antigonae suae recitasset Euripides, arripuit Ar. occasionem „ridendi hos Phoenissarum versus, perstrinxit ambiguam sen„tentiam quae ridicula fiet, si interpreteris: praedixisse Apol„linem Oedipum nondum natum patris interfectorem fore."

Vs. 1206. Αἴγυπτος, ὡς ὁ πλεῖστος ἔσπαρται λόγος,
ξὺν παισὶ πεντήκοντα ναυτίλῳ πλάτῃ
Ἄργος κατασχών.

Schol. Ἀρχελάου αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχή, ὥς τινες ψευδῶς. οὐ γὰρ φέρεται νῦν Εὐριπίδου λόγος οὐδεὶς τοιοῦτος. οὐ γάρ ἐστι, φησὶν Ἀρίσταρχος, τοῦ Ἀρχελάου, εἰ μὴ αὐτὸς μετέθηκεν ὕστερον. Alter extat prologus, fr. 230,

Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ κτέ.

Bergk censet Euripidem iam antequam in Macedoniam migraret, drama Archelaum Athenis scenae commisisse, postea vero in honorem Archelai Macedoniae regis, qui hospitio eum acceperat, prologum immutasse. Quae tamen opinio dubito num vera sit. Quid enim regis intererat in initio prologi Danai mentionem fieri non Aegypti? Eodem plane redit uterque prologus; Archelaus enim, nepos Herculis, genus ducebat a filio Aegypti et filia Danai. Praeterea iam scriptor Vitae Euripidis tradidit Euripidem drama Archelaum scripsisse cum Pellae in Macedonia degeret.

Probanda mihi videtur coniectura Fritschii, prologum post poetae mortem ab Euripide minore, sive filio magni, sive ex fratre nepote, mutatum esse propter acerbum Aristophanis in Ranis lusum. „Vehementer enim Ranae placuerunt nec semel „sed bis datae sunt ut spectatores huius tam longae scenae „facile recordarentur. Quid autem futurum erat, si quis tra„goediae spectator comicum illud ληκύθιον ἀπώλεσεν magna

„voce tempore in ipso inseruisset? Ita profecto ingens omnium risus in prima statim fabula excitatus tragoediam totam obruisset. At enim verissima esse quae supra dixi e tribus prologis apparet, quorum utraque recensio, altera maioris Euripidis, minoris altera aetatem tulit."

Tres, quantum scimus, tragoediarum prologi mutati sunt, Archelai, Phrixi et Meleagri, quos *ληκυθίῳ* instruxit Aristophanes vss. 1208, 1226, 1238. De Melanippe vid. ad vs. 1244.

Respondeat quis etiam alios prologos risisse comicum, eosque non mutatos esse, Hypsipyles 1211, Stheneboeae 1217, Iphigeniae Tauricae 1232, Melanippae Philosophae 1244. Quod tamen Fritschii coniecturam non subvertit. Quid, si hae quatuor fabulae post Ranas non iterum scenae sint commissae aut multis demum annis post? An hoc acciderit nescimus sed omnino nihil quominus suspicemur vetat, et per se intellegitur iis tantum fabulis secundis curis opus fuisse quae brevi post Ranas docerentur, cum *τὸ ληκύθιον* omnibus adhuc animo infixum esset. Neque obstat novis illis prologis *τὸ ληκύθιον* aeque ac prioribus adiungi posse. Iam satis enim salva erat tragoedia si non statim ab initio hi versus audirentur qui Aristophanis ioco ridiculi facti essent.

Deinde quaerendum est quid hoc ioco in Euripide reprehenderit Aristophanes. Exposuit ipse vss. 1201 sqq. ubi: *ποιεῖς γὰρ οὕτως ὥστ' ἐναρμόττειν ἅπαν | καὶ κωδάριον καὶ ληκύθιον καὶ θυλάκιον | ἐν τοῖσι ἰαμβείοισι.*

Sed non satis perspicue. Fuerunt quibus Aristophanes numeros Euripidis improbasse videretur. Quibus assentiri nequeo. Usitatissima enim est caesura penthemimeres, neque nesciebat Aristophanes eodem plane metro prologos Aeschyli conscriptos esse velut Prom:

χθονὸς μὲν ἐς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον
Σκύθην ἐς οἶμον,

Sept. adv. Theb:

Κάδμου πολῖται, χρὴ λέγειν τὰ καίρια
ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως
οἴακα νωμῶν.

At puerile profecto et insulsum fuisset talibus prologis ληκύθιον adiungere; fastidium et taedium creasset, cachinnum minime movisset. Non ineptias proferre sibi proposuit sed verba tragica in scurrilem detorquere sententiam. Cur enim non tetigit prologos Supplicum, Medeae, Hippolyti vel Herculis furentis, quod per metrum licuit? Non aliam ob causam quam quodsi hisce τὸ ληκύθιον affixisset, non ridicula evasisset sententia sed prorsus nulla. Non igitur metrum carpsit sed verba. Vide ut omnes qui hic occurrunt prologi in unam formam sint redacti, ad unum exemplum sint compositi. Initium facit nomen alicuius viri aut herois aut dei, cuius posteri enumerantur:

Archelai. Αἴγυπτος, ὡς ὁ πλεῖστος ἔσπαρται λόγος.
Hypsip. Διόνυσος, ὃς . . . . πηδᾷ χορεύων.
Phrixi. Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών.
Iph. T. Πέλοψ ὁ Ταντάλειος ἐς Πῖσαν μολών.
Meleagri. Οἰνεύς ποτ' ἐκ γῆς . . . . θύων ἀπαρχάς.
Melan. Ζεύς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο.

Ad aliam normam constructus est unus Stheneboeae prologus,

οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ κτέ.,

ita tamen ut (ἀνὴρ) δυσγενὴς ὢν subiectum esse possit verbi ἀπώλεσεν. Scholiasta: διαβάλλει δὲ τὴν ὁμοειδίαν τῶν εἰσβολῶν τῶν δραμάτων, quam annotationem minus apte Stheneboeae prologo adscripsit vs. 1219. Cf. van Leeuwen Spec. lit. in. de Arist. Euripidis censore, 1876. p. 98 sqq.

Vs. 1211—1213. Διόνυσος, ὃς θύρσοισι — πηδᾷ χορεύων.

Schol. Ὑψιπύλης ἡ ἀρχή. Fr. 752. Cf. ad Nub. 603. Hypsipylae in hac tragoedia infans Opheltes commissus erat; quae

cum aquam haustura abiisset, Ophelten draco morsu interfecit. In cuius honorem Adrastus Nemea instituit.

Postrema πηδᾷ χορεύων Eubuli animo obversata esse videntur cum memoriter citaret Orest. 45 πηδᾷ δρομαῖος, πῶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ. (ubi van Herwerden ὑπὸ ex Eubulo) Haec enim scripsit, Mein. III p. 242:

> ὁμοῦ δὲ τευθὶς καὶ Φαληρικὴ κόρη
> σπλάγχνοισιν ἀρνείοισι συμμεμιγμένη
> πηδᾷ χορεύει, πῶλος ὡς ὑπὸ ζυγοῦ.

Jacobs ἀπὸ pro ὑπό.

Vs. 1214. οἴμοι πεπλήγμεθ' αὖθις ὑπὸ τῆς ληκύθου.

Ribb. Ach. Anh. p. 271 parodiam esse suspicatur versus Aesch. Agam. 1345 ὤμοι μάλ' αὖθις, δευτέραν πεπληγμένος. Cum vero neque verba neque metrum tragoediae propria sint, neque Aeschylus haec proferat sed Dionysus, fortuita existimanda est talis verborum similitudo.

Vs. 1217. οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ κτέ.

Schol. Σθενεβοίας δὲ ἡ ἀρχή. Eadem sententia reperitur fr. Belleroph. 287. Euripidis versum citant Nicostratus, fab. inc. Mein. III p. 288 et Philippides in Philadelphis, Mein. IV p. 472. De argumento dramatis vid. Schol. Greg. Cor. ap. N. et D.

Vs. 1225. Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπὼν
Ἀγήνορος παῖς.

Schol. τοῦ δευτέρου Φρίξου Εὐρ. ἡ ἀρχή. Errasse scholiastam et δευτέρου pro πρώτου scripsisse apparet e verbis Tzetzae a N. et D. fr. 816 allatis. Alterius Phrixi initium fuit: εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ κτέ. fr. 818. In hac altera recensione nihil nisi prologum mutatum esse, quae etiam Fritschii videtur esse opinio, recte statuit Schneidewin, Philol. III p. 533. Cui quoque Fritschii sententia de mutationis causa placuit quam ad 1206

exposuimus. Descripsit in hoc dramate Euripides insidias quas Ino Phrixo struxit, quae tamen secus cesserunt ita ut ipsa Ino a marito necanda Phrixo traderetur. Quid inter Sophocleum et Euripideum Phrixum interfuerit nescimus. Cf. ann. ad vs. 1206.

Vs. 1232. *Πέλοψ ὁ Ταντάλειος κτέ.* Initium Iphigeniae Tauricae.

Vs. 1238. *Οἰνεύς ποτ' ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν θύων ἀπαρχάς.*

Fr. 520. Schol. *ἔστι μὲν ἐκ Μελεάγρου μετὰ ἱκανὰ τῆς ἀρχῆς· ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος: Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίας χθονός.* Ipse Euripides sine dubio exorsus est verbis *Οἰνεὺς κτέ.* At novum exordium finxit minor Euripides vel quisquis fuerit qui prologum retractaverit et „aliquanto post demum" quae verba sunt Fritschii „ita fere perrexit: *Οὗτός ποτ' ἐκ* „*γῆς κτέ.* Minus enim periculi in medio prologo, quam ipso „eius initio a minutula olei ampulla impendebat." Cf. ann. ad vs. 1206.

Vs. 1244. *Ζεύς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο.*

Schol. *Μελανίππης τῆς σοφῆς ἡ ἀρχή.* Si Plutarchum audimus hoc alterum est huius tragoediae initium. Amat. XII 4 legimus ex emendatione Sauppii et Fritschii: *Ἀκούεις δὲ δήπου τὸν Εὐριπίδην ὡς ἐθορυβήθη ποιησάμενος ἀρχὴν τῆς Μελανίππης ἐκείνης,* „*Ζεὺς ὅστις ὁ Ζεύς, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ·*" *μετὰ δὲ λαβὼν χορὸν ἄλλον . . . . . ἤλλαξε τὸν στίχον ὡς νῦν γέγραπται* „*Ζεὺς ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο.*" Sed dubitari potest num verum viderit. Quid enim dicit? Euripidem Melanippae philosophae initium erasisse et aliud substituisse. Sed obstat locus Luciani Jov. trag. 41 ap. N. et D., fr. 483, ex quo apparet illius temporibus illud non deletum sed omnibus notum

fuisse. Utitur enim his ipsis verbis Ζεὺς ὅστις ὁ Ζεὺς κτέ. ut Euripidis παρρησίαν ostenderet, quod certe facere non potuisset si ab ipso poeta reiecta essent.

At voluit fortasse Plutarchus Euripidem fabulam retractavisse et retractatae, Melanippae dico Vinctae, initium fecisse Ζεὺς ὡς λέλεκται κτέ. Sed neque ita verum dixit, cum e Schol. a. h. l. et e Gregorio Cor. ap N. et D., fr. 484, constet Mel. Philosophae hunc versum fuisse. Quae cum ita sint, arbitratus est Fritsche verba Ζεὺς ὅστις ὁ Ζεὺς κτέ. „omnino „non e Melanippe repetenda esse." Cur tamen huic dramati prorsus abiudicanda sint non video, dummodo statuamus ea non prima dramatis verba fuisse.

Justinus M., ap. D. fr. 483, Hecubae ea tribuit, in qua tragoedia non leguntur. Fraudem ei fecerunt, opinor, verba Hecubae Troad. 886, ὅστις ποτ' εἶ σύ, δυστόπαστος εἰδέναι, | Ζεύς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεος εἴτε νοῦς βροτῶν. Animadvertendum est „Ζεὺς ὡς λέλεκται κτέ." etiam in Pirithoo, fr. 594, legi.

Vs. 1264. Φθιῶτ' Ἀχιλλεῦ, τί ποτ' ἀνδροδάϊκτον ἀκούων,
ἰὴ κόπον, οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν;

Schol. R. V. ἔστι δὲ ἐκ Μυρμιδόνων Αἰσχύλου. Rec.: Τοῦτο ἀπὸ τῶν πρέσβεων πρὸς Ἀχιλλέα Αἰσχύλος πεποίηκεν. Fr. 128 N., 131 D. Telum quo vulneratus erat Euripides in aemulum remisit et facetius est eius ἰὴ κόπον quam ληκύθιον Aeschyleum. In iocosis vss. 1264—1295 non omnia perspicua sunt cum nesciamus quonam forte modo canens rythmum carminis detorserit Eur., et Graecorum res musica nobis parum nota sit. Videtur tamen Euripides, vss. 1264 sqq., ut bene exposuit Kock, ridere versus dactylicos Aeschyli ut nimis magnificos et ponderosos, deinde eius obscuritatem, usum denique versuum intercalarium, qui saepius in eius tragoediis reperiuntur ut:

Ag. 121, 139, 159 αἴλινον, αἴλινον εἰπὲ κτέ.

Suppl. 116 sqq., 129 sqq. ἱλέομαι μὲν Ἀπίαν βοῦνιν κτέ.

Ib. 162 sqq., 173 sqq. ἆ Ζὴν, Ἰοῦς ἰὼ κτέ.

Ib. 890 sqq., 899 sqq. μᾶ Γᾶ μᾶ Γᾶ κτέ.

Eum. 326 sqq., 341 sqq. ἐπὶ δὲ τῷ τεθυμένῳ κτέ.

Sept. 975 sqq., 986 sqq. Ἰὼ Μοῖρα βαρυδότειρα κτέ.

Aristophanem ephymniorum usum improbasse minime e vss. 1264 sqq. sequitur, cf. Ran. 398, 402, 408, 413. Sed eum non fugerat nexum orationis in Aeschyli carminibus choricis saepe minime lucidum esse, et poetam mira interdum dictione uti (v. c. in illo καρβᾶν' αὐδὰν εὖ, γᾶ, κοννεῖς.) et creberrimum esse in particulis ἰή, ἰὼ usurpandis.

Vs. 1266. Ἑρμᾶν μὲν πρόγονον τίομεν γένος οἱ περὶ λίμναν.

Schol. ἐκ τῶν Αἰσχύλου Ψυχαγωγῶν. Schol. Cant. addit: τὸ δὲ Ἑρμᾶν μὲν τίομεν λέγουσιν οἱ Ἀρκάδες..... λίμναν δὲ λέγει τὴν Στυμφαλίδα, ἐν Ἀρκαδίᾳ γὰρ καὶ αὕτη. Fr. 271 D.

Errasse hunc scholiastam ostendit Valck. Diatr. p. 286: „Aeschylo argumentum Ψυχαγωγῶν Homeri praebuit Νέκυια „atque ista Tiresiae verba (fr. 269 N., 270 D.) fuerunt ad „Ulyssem, qui mortuus est ἀκανθοπλήξ." Cum autem in Arcadia ad Stymphalium lacum nullum fuerit νεκυομαντεῖον, verisimile fit verba Ἑρμᾶν κτέ. non ab Arcadum sed a Cimmeriorum choro prolata esse.

Vs. 1270. κύδιστ' Ἀχαιῶν Ἀτρέως πολυκοίρανε μάνθανέ μου παῖ.

Schol. R. ἐκ Τηλέφου Αἰσχύλου. Schol. Ven. Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος ἐπισκέψασθε πόθεν εἰσί. Τιμαχίδας δὲ ἐκ Τηλέφου Αἰσχύλου. Ἀσκληπιάδης δὲ ἐξ Ἰφιγενείας. Fr. 234 N., 92 D. Litem dirimere non possumus. Suspicatus est Fritsche verba Asclepiadis ad vs. 1273 referenda esse, quia in scholii initio de utroque loco (πόθεν εἰσί) agitur, quae tamen nimis incerta est coniectura. An in Telepho Aeschyli Agamemnoni partes fuerint non liquet cum argumentum dramatis non cognoscamus. Non nisi ter memoratur, a Timachida h. l., ab Hesy-

chio, fr. 236 N. 237 D., et Schol. Ach. 332 ubi tamen Aeschyli nomen non genuinum est. Fragmentum 235 N., 236 D. utrum huic dramati an Mysis tribuendum sit effici nequit.

Vs. 1273. *Εὐφαμεῖτε μελισσονόμοι δόμον Ἀρτέμιδος πέλας οἴγειν.*

Schol. R. et V. *ἐκ τῶν Ἱερειῶν Αἰσχύλου.* Tragoedia *Ἱέρειαι* quale argumentum habuerit aeque ignotum est. Mysteria in ea tetigisse Aeschylum narrat Eustathius ap. N. et D. fr. 83.

Μελισσονόμοι sunt sacerdotes. Num vero nomen *μέλισσαι* a *μέλεσθαι* vel a *μειλίσσειν* (Lobeck, et Kock a. h. l.) derivari possit, dubito. Pythia ap. Pind. Pyth. IV 60 *μέλισσα Δελφίς* vocatur. Porphyrius de antro Nymph. ap. Fritsch. a. h. l. *Σελήνην τε οὖσαν γενέσεως προστάτιδα, Μέλισσαν ἐκάλουν.* Una cum Curetibus memorantur Nymphae *παῖδες Μελισσέως* Apoll. I 1, 6. Verbum *Μελ.* fortasse barbarum est, ut *αἴλινον*, quod e Syria oriundum esse videtur, similiaque. Scholiasta *πολισσονόμοι* legisse videtur.

Vs. 1276. *κύριός εἰμι θροεῖν ὅδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν.*

Aesch. Ag. 104.

Vs. 1285 sqq. *ὅπως Ἀχαιῶν δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας,*
Σφίγγα δυσαμεριᾶν πρύτανιν κύνα πέμπει
ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι θούριος ὄρνις
κυρεῖν παρασχὼν ἰταμαῖς κυσὶν ἀεροφοίτοις
τὸ συγκλινές τ' ἐπ' Αἴαντι.

Festivissime ridet Aristophanes contortam saepe et nimis artificiosam ideoque obscuram orationem Aeschyli (quamvis allati ex Ag. versus satis perspicui sint), eius verba detorquens et dissectas partes carminis disiciens aliisque permiscens ita ut omnis sana evanescat sententia et nihil nisi sesquipedalia verba relinquantur. Quae tamen speciem quamdam atque umbram sententiae habeant, ita ut et postremum *τὸ συγκλινές τ' ἐπ'*

Αἴαντι cum reliquis aliquo modo, grammatice saltem, cohaereat, necesse est. Interpretatur Fritsche: densam phalangem Aiaci adstantem, ut *τὸ συγκλινὲς* obiectum sit verbi *παρασχών*. Ita vero satis sanus evadit sensus, quo, mea quidem opinione, omnis parodia tollitur. Hermann Aeschylo tribuit *τ. συγκλ. τ' ἐπ' Ἀ. ξίφος* cf. Schol. Soph. Ai. 833 ap. D. fr. 78. Res incerta est.

De singulis versibus videamus.

Vs. 1285, verbum *πέμπει* 1287, vs. 1289 sunt Agamemnonis 109 sqq. Schol., qui *ἀκμὴν δὲ τὴν νεότητα* adscripsit, pro *ἥβας ἥβαν* vel *ἀκμὴν* legit, quae etiam librorum Aeschyli est lectio.

Ad vs. 1287 *Σφίγγα δυσαμεριᾶν πρύτανιν κύνα* Schol.: *ταῦτα δὲ ἐκ Σφιγγὸς Αἰσχύλου.* Fuit drama satyricum e tetralogia Oedipodea cuius fuerunt Laius, Oedipus, Sept. adv. Theb, Sphinx.

Ad 1291 *κυρεῖν* — *ἀεροφοίτοις* Schol. R. et V. perperam: *τοῦτο ἐξ Ἀγαμέμνονος.* In errorem inducti sunt verbis *πταναῖσι κυσὶ πατρός* vs. 136. E Sphinge versum esse suspicantur Fr. et N.

De vs. 1294 Schol. *Τιμαχίδας φησὶ τοῦτο ἐν ἐνίοις μὴ γράφεσθαι. Ἀπολλώνιος δέ φησιν ἐκ Θρῃσσῶν αὐτὸ εἶναι.* De Thressis vid. Dind. ad fr. 77—79. Idem iis ac Sophoclis Aiaci fuit argumentum.

Vs. 1305. *καίτοι τί δεῖ*
λύρας ἐπὶ τοῦτον; ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις
αὕτη κροτοῦσα; δεῦρο, Μοῦσ' Εὐριπίδου.

Schol. *λέγεται δὲ εἰς τὴν Ὑψιπύλην ταῦτα.* In hoc dramate videtur mulier prodiisse quae testis sonum edentibus sive crepundiis utebatur. Photius in *κροταλίζειν. Οὐ διὰ χειρῶν κροτεῖν ἀλλὰ διὰ κροτάλου τῆς κροταλισάσης, ὡς Εὐριπίδης φησὶν ὁ κωμικὸς περὶ τῆς Ὑψιπύλης λέγων.* His Fritsche mederi conatur emendans: *Οὐ. δ. χ. κρ., ἀλλὰ διὰ κροτάλου· οὕτως Εὐριπίδης,*

ὡς φησὶν ὁ κωμικὸς περὶ τῆς Ὑψιπύλης λέγων τῆς κροταλισάσης. Sed utut est, probanda est Fritschii coniectura usam esse crepitaculo Hypsipylen Opheltae pueri causa. Historiam Hypsipylae, ipsum fortasse tragoediae argumentum tradidit Hyginus fab. 74. „*Septem ductores, qui Thebas oppugnatum ibant* „*devenerunt in Nemeam, ubi Hypsipyle Thoantis filia in servi-* „*tute puerum Archemorum sive Ophelten Lyci regis filium nu-* „*triebat, cui responsum erat, ne in terra puerum deponeret an-* „*tequam posset ambulare cet.*"

Eandem tragoediam tangit Ar. Ran. 1322: *περίβαλλ' ὦ τέκνον ὠλένας,* quod eiusdem Hipsipylae fuit puerum alloquentis. Iure igitur suspicatur Fritsche „eam crotalistriam, quae „hic in Ranis cum crepitaculo prodeat, prodisse habitu per- „sonaque Euripideae Hypsipylae." Haec autem si tenemus apparebit unde sumti sint sequentes versus.

Vs. 1309. *ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσας*
κύμασι στωμύλλετε,
τέγγουσαι νοτίοις πτερῶν
ῥανίσι χρόα δροσιζόμεναι.

Schol. V. *ἔστι δὲ τὸ προεγκείμενον ἐξ Ἰφιγενείας τῆς ἐν Αὐλίδι.* Schol. R. *ἐξ Ἰφιγενείας Εὐρ.* quae errore ad vs. 1315 migraverunt. Cum autem in Iph. Aul. haec non legantur, variis modis medelam afferre conati sunt interpretes. Dind. in ann. ad Schol., cui assentitur Weil, Sept tragédies d' Eur., „*Αὐλίδι*, „immo *Ταύροις*, videtur enim respicere vs. 1089 *ὄρνις, ἃ παρὰ* „*πετρίνας πόντου δειράδας, ἀλκυὼν, | ἔλεγον οἰκτρὸν ἀείδεις.*" Quod tamen nemini persuadebit qui consideret quid intersit inter haec verba et Aristophanis carmen. Frigidissimus totus fuisset iocus nisi ipsa Euripidis verba citasset sicut antea Aeschyli, cuius rei, quamquam vix opus est, argumento sit versum 1317, e dramate superstite Electra petitum, ad literam cum Euripidis contextu convenire.

Aliam viam ingressus Fritsche verum dixisse scholiastam contendit, plures enim locos alibi quoque allatos esse quorum in superstite Iph. Aul. nullum sit vestigium, aliam igitur fuisse Iphigeniam Aul. maioris Euripidis, aliam minoris, quae ad nos pervenit.

Extant revera eiusmodi loci. Schol. Ran. 1400: βέβληκ' Ἀχιλλεὺς..... οἱ δὲ (ὅτι) ἐν τῇ Ἰφ. τῇ ἐν Αὐλ. (ἦν ὁ τόπος) quod tamen nihil est nisi coniectura. Deinde Hesych. ἄθραυστα· ἀπρόσκοπα Εὐρ. Ἰφ. τῇ ἐν Αὐλ. Tertius est locus ap. Aelianum cf. fr. Eur. 851.

Num vero ex hisce sequitur, quod Fritsche voluit, Iphigeniam Aul. adhuc vivente Euripide in scenam prodiisse? Nonnulla in hac tragoedia mutata esse aut interpolata minime nego; hoc unum vero constat Iphigeniam Aul. post Euripidis mortem i. e. post Ranas doctam esse (Schol. Ran. 67. οὕτω γὰρ καὶ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμώνυμον ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας), et eam iam antea in scenam prodiisse nullo nititur fundamento. Cf. Weil. Sept. trag. p. 308 sqq.

Itaque aut erravit Scholiasta qui ἐξ Ἰφιγενείας scripsit, aut aliud tradidit nomen. Hoc mihi probabile videtur. *Scripsit* ἐξ Ὑψιπύλης, cuius nominis compendium Ὑψιπ. prope ab Ἰφιγ. abest. Simili errori debentur Andromache pro Andromeda fr. Eur. 133, Phoenissae pro Phoenice Stob. 121. 12, Melanippe Σοφοκλέους pro Mel. σοφῇ. Aristarchus pro Aristophane in Schol. Hom. similiaque multa. Ut autem potissimum Hypsipylae vss. 1309 sqq. tribuam movent me vss. 1305 sqq. Aeschylus, Musam Euripideam advocans cui cantus ad crepitantes testas placuit, ut Schol. docet tragoediae *Hypsipylae* ludit. Adstetisse puellam quae Hypsipylen referret, dum caneret Aeschylus, verisimile est. In promtu igitur est conicere versus quibus Aeschylus centonem Euripideum incepit

ex hac ipsa tragoedia petitos esse, inprimis cum ad eam etiam vss. 1320 sq., 1322 et 1327 pertineant. Vocem *στωμύλλετε* Aristophanis esse monere vix opus est; consulto eam tragicae voci substituit ut indolem poeseos Euripidis notaret.

Vs. 1313 sqq. *αἵ θ' ὑπωρόφιοι κατὰ γωνίας*
εἱ ει ει ει ει ειλίσσετε δακτύλοις φάλαγγες
ἱστότονα πηνίσματα
κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας

Cuiusnam tragoediae versus sint priores non liquet. Habent ad 1315 Schol. Rav.: *πηνίσματα δὲ, ὑφάσματα. ἐξ Ἠλέκτρας Εὐριπίδου.*; Schol. Ven. et Mediol.: *ἐκ Μελεάγρου Εὐρ.*; Schol. Flor. Θ: *ἐκτεταμένα ὑφάσματα* (legit *ἱστότονα*) *ἐκ Μελεάγρου καὶ ἐξ Ἠλέκτρας Εὐρ.*; Schol. al. cod. *τὸ δὲ κερκίδος ἐκ Μελεάγρου Εὐρ. τὸ δὲ ἵν' ὁ φίλαυλος ἐξ Ἠλέκτρας.* Ad vs. 1313 nullum legitur scholium. Quod habet R. ad 1315, *ἐξ Ἠλέκτρας*, versui 1317 reddere in promtu est, at fortasse ad 1314 pertinet et spectat verbum *εἱλίσσετε*. Euripidem enim a nova illa musices ratione qua varii soni uni syllabae responderent, non prorsus abhorruisse, mihi probabile videtur. Aristophanis enim petulantia in iteratione syllabarum perstringenda non dicam iniusta fuisset — hoc non curabat comicus — sed omni sale destituta, si quod Euripidi vitio verteret nullam ne levissimam quidem veri speciem habuisset. Deinde Eur. Electr. 437 id ipsum *εἱειλισσόμενος* legitur.

435 *ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελ-*
φὶς πρῴραις κυανεμβόλοις
εἱειλισσόμενος.

κυανεμβόλοισιν εἱλισσόμενος Victorius. In antistrophe versui 437 respondet vs. 447 *Νυμφαίας σκοπιάς*, quod, praeeunte Seidlero, Dindorf in *Νυμφᾶν σκοπιάς* mutavit ut mutato *εἱλισσόμενος* vs. 437 responderet. Cum autem hunc Electrae locum in hoc ipso carmine, duobus versibus post, *παρῳδεῖ* Aristopha-

nes, non dubito quin illud *εἰειλισσόμενος* petiverit cum *εἰ ει ει ει ει ει λίσσετε* scriberet.

At dubitant viri docti num *εἰειλισσόμενος* El. 437 genuinum sit. De Dindorfio iam dixi; Weil, Sept trag. El. l.l.: „cette „imitation comique du chant (*κατὰ μίμησιν τῆς μελοποιίας*, „dit le Scholiaste d' Aristophane) ne semble pas être de „mise dans le texte d' une tragédie. Faut-il lire *κοίν' εἰλισ-„σόμενος*?" Quo tamen argumento mihi non persuasit lectionem codicis El. 437 improbandam esse. Etiamsi concedendum sit talem imitationem cantus tragoediae minus aptam esse, respondeo id ipsum esse quod Aristophanes vituperavit Euripidem novam et minus aptam canendi rationem in tragoediam introduxisse. Sed nihil est, opinor, quod concedamus. Ineptus omnino fuisset chori cantus si duas distinctas syllabas *εἰ* pronuntiasset, non vero si unam per duo cantus tempora productam, neque nos offendit talis productio in gravi hodierni oratorii cantu. Nihil igitur, meo quidem iudicio, obstat quin statuamus *εἰειλισσόμενος* cecinisse chorum Electrae.

Similem parodiam Thesm. 1039 reperiri coniecit Fritsche quia in cod. Rav. h. l. legitur: *ἀπὸ δὲ συγγόνων, ἀλλ' ἀν' ἄνομα πάθεα*. Edidit *ἄλλ' ἀν'*. Praestaret *ἄν' ἀν'*. Sed nimis incerta est eius coniectura cum per se intellegatur talem in cantu syllabae productionem unice tolerari posse ubi syllaba longa sit neque in consonanti terminetur.

Versus 1315 et 1316 e Meleagro desumti videntur. Testimonia scholiastarum iam attuli. Schol. V., qui ad 1315 *ἐκ Μελ. Εὐρ.* habet, ad 1316 annotat *καὶ ταῦτα Εὐριπίδου* (sine tragoediae nomine) *ἔστι δὲ ἀσυνάρτητα*, quae fortasse ad vs. 1319 pertinent.

Vs. 1317. *ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελ-*
φὶς πρῴραις κυανεμβόλοις.

Verbotenus ex Electr. Eur. 435 sq. Observandum est Aristo-

phanem hic exemplum afferre scribendi generis Euripidis proprii, qui sexcenties carmina exornat eiusmodi digressionibus quae in locis describendis versantur. Compara Hipp. 738 ἔνθα πορφύρεον σταλάσσουσ' | εἰς οἶδμα πατρὸς τριτάλαιναι | κόραι Φαέθοντος κτέ. Ibid. 744 ἵν' ὁ ποντομέδων πορφυρέας λίμνας | ναύταις οὐκέθ' ὁδὸν νέμει. Ibid. 750 ἵν' ὀλβιόδωρος αὔξει ζαθέα | χθὼν εὐδαιμονίαν θεοῖς. Similia leguntur: Hec. 458, Phoen. 649, 657, Ion. 461, 495, 503, 713, 715, Iph. Taur. 1104, Iph. Aul. 757 et passim.

Vs. 1319. μαντεῖα καὶ σταδίους.

Unde haec hauserit Ar. non liquet. An ex eadem tragoedia e qua sequentia, ex Hypsipyle? Neque unde pendeant accusativi video. E reliquis aliqua quamvis absurdissima sententia erui potest, haec vero ne grammatico quidem nexu praecedentibus cohaerere videntur.

Vs. 1320. οἰνάνθας γάνος ἀμπέλου
βότρυος ἕλικα παυσίπονον.

Schol. παρὰ τὸ ἐξ Ὑψιπύλης Εὐριπίδου. οἰνάνθα τρέφει κτέ. R. V. (φέρει ceteri libri, οἰνάνθας τε τρέφει Tzetzes. Cf. fr. 765). De variis de hoc loco coniecturis vid. D. fr. 765 et Fritsch. a. h. l.

Vs. 1322. περίβαλλ', ὦ τέκνον, ὠλένας.

Schol. ἐξ Ὑψιπύλης. Cf. ad vs. 1305. De illicito anapaesto in metro glyconeo vid. Kock. a. h. l., qui summo iure Bergkii coniecturam probat, post ὠλένας legentis:

τί δέ; τοῦτον πόδ' ὁρᾷς; Dion. ὁρῶ.

Fallitur tamen Kock ubi de tali anapaesto scribit: „Bei „Euripides ist er sehr häufig (G. Herm. El. doctr. metr. p. „538, 539)." Rarissimi enim sunt. Occurrunt Iph. Taur. 1132: ἐμὲ δ' αὐτοῦ προλιποῦσα βήσει ῥοθίοις πλάταις. Ibid. 1147: ἐς ἁμίλλας Χαρίτων, ἁβροπλούτου ἔριν χλιδᾶς. Hel. 526: πόδα χριμ-

πτόμενος εἰναλίῳ. Iph. Taur. 1120 *μεταβάλλει κτέ*, quod tamen verbum et sententia et strophae numeri respuunt.

Fortasse in aliis dramatis saepius peccavit Euripides; in superstitibus ter tantum.

Lepide coniecerunt Bothe et Fritsche illum qui Aeschyli partes agebat, his verbis puellae, Musae Euripidis, amplexus expetivisse.

Vs. 1327. *ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον*
Κυρήνης μελοποιῶν.

Schol. *ἔστι δὲ παρὰ τὰ ἐξ Ὑψιπύλης Εὐρ.* „*ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄστρον*" (cum Schol. V.; alia perperam *ἄντρον*. Eadem verba permutata sunt fr. Soph. 571 D.) i. e. „sol, qui per „duodecim Zodiaci signa transit." Fr. Vitio vertit Aeschylus Euripidi eius poesin non ad certam pedum necessitatem alligatam esse eumque variis modis sicut lubeat numeros immutare. Cf. Gaisford. ad Hephaestionem c. XVI de polyschematistis.

Non tamen, opinor, numeros tantum ut reprehenderet, centonem vss. 1309—1322 composuit Ar., sed ut studium simul Euripidis notaret carminum ornandorum multigenis flosculis qui a re plane aliena sunt. Si exemplis opus est, vide v. c. Hipp. 121 sqq. Narraturus Phaedram gravi laborare morbo, chorus post longum demum circuitum per *Ὠκεανοῦ ὕδωρ* eo quo sibi proposuit pervenit, idemque vss. 733 sqq. prae dolore terra discedere cupiens, notis geographicis querelam suam illustrat.

Vs. 1331 sqq. *Ὦ Νυκτὸς κελαινοφαὴς*
ὄρφνα, τίνα μοι
δύστανον ὄνειρον
πέμπεις ἐξ ἀφανοῦς, κτέ.

Quid in hac monodia (de qua vide Kock. a. h. l.) Euripi-

dis sit, quid Aristophanis, enucleare non possumus. Cum taceant Scholiastae aut dissimiliores citent locos, verisimile est pleraque a comico ad Euripideae poeseos normam esse ficta. Ad vs. 1331 Asclepiades citat Hec. 68 sqq.; comparari potest Iph. Taur. 150 et fragm. Andromedae 114. Aristophanem monodias a tragoedia alienas iudicasse apparet quoque fr. Geryt. 202 et Ran. 849.

Vs. 1334. *ψυχὰν ἄψυχον ἔχοντα.*

Cf. *πότμος ἄποτμος* Hipp. 1144, Phoen. 1306; *γάμος ἄγαμος* Hel. 690; *ὁδὸς ἄνοδος* Iph. Taur. 889; *ἀβίοτος βίου* Hipp. 821 et similia, quae etiam Latini imitati sunt poetae ut Ovidius qui Met. II 627 „iusta iniusta."

Vs. 1337. *Φόνια Φόνια δερκόμενον.*

Iterata verba magnopere placuisse Euripidi nemo nescit qui eius dramata inspexerit. Non desunt in ipso Aeschylo, ut Suppl. 836, 837, 838, 861 et alibi, sed in Euripide saepissime inveniuntur ubi sententia non postulat, imo vetat, ut in monodia Phrygis Or. 1426 *Φρυγίοις ἔτυχον, Φρυγίοισι νόμοις | παρὰ βόστρυχον αὔραν αὔραν | Ἑλένας Ἑλένας εὐπᾶγι κύκλῳ.* Deinde vss. 1444, 1454, 1456, 1468, 1479, 1481 et sexcenties. Cf. Ran. 1353 sqq.

Vs. 1338. *ἀλλά μοι, ἀμφίπολοι, λύχνον ἅψατε*
κάλπισί τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε, θέρμετε δ' ὕδωρ
ὡς ἂν θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω.

Schol. *Ἀπολλώνιος παρὰ τὰ ἐκ τῶν Τημενιδῶν* (in cod. *Εὐμενίδων*). Filii Temeni fuerunt Cerynes et Phalces, quorum soror Hyrnetho Deïphonti nupserat. Qui cum patre occiso Epidaurum venerunt, Hyrnetho secum reducere voluerunt et postquam frustra a marito divellere conati sunt, Phalces eam interfecit. Videtur hoc dramatis argumentum fuisse. Verba

ab Ar. allata fortasse sunt Hyrnethus impendentia mala praesagientis. Suspicatus est Fritsche etiam praecedentes versus qui de somnio agant e Temenidis petitos esse. Non tamen verbotenus citat Ar., vs. 1339 enim epicus est, cf. Od. VIII 426 *ἀμφὶ δέ οἱ πυρὶ χαλκὸν ἰήνατε, θέρμετε δ' ὕδωρ.*

Ad 1340 Schol. *καὶ τοῦτο μιμεῖται ὁ Αἰσχύλος.*

Vs. 1344. *Νύμφαι ὀρεσσίγονοι.*

Schol. *ἐκ τῶν Ξαντριῶν Αἰσχύλου.* Legitur fr. 170: *ὀρεσσιγόνοισι Νύμφαις κτέ.* At non sua sed Euripidis verba citasse Aeschylum sponte intellegitur.

De vs. 1348 cf. vs. 1314. De vs. 1352. *ὁ δ' ἀνέπτατ' ἀνέπτατ' κτέ.* cf. vs. 1337.

Vs. 1356. *'Αλλ', ὦ Κρῆτες, Ἴδας τέκνα,*
τὰ τόξα λαβόντες ἐπαμύνατε κτέ.

Schol. *ἔστι δὲ ἐκ Κρητῶν Εὐριπίδου.* De qua tragoedia non multum novimus. Schol. 849: *ἐν γὰρ τοῖς Κρησὶν Ἴκαρον μονῳδοῦντα ἐποίησε.* Poeta historiam Pasiphaes tractasse videtur. Cf. Nauck., qui, fr. 474, primum tantum versum Cretensibus adiudicat. Argumenta non addidit. Crederem equidem verum eum dicere, si constaret verba *ἀλλ' κτέ.* ex Icari monodia desumta esse, a quo alienum erat Cretenses in arma vocare adversus regem Minoëm. At hoc minime constat.

Vs. 1382. *εἴθ' ὤφελ' κτέ.* Eur. Med. 1.

Vs. 1383. *Σπερχειὲ ποταμὲ βούνομοί τ' ἐπιστροφαί.*

Schol. *ἔστι δὲ ἐκ Φιλοκτήτου Αἰσχύλου.* Fr. 245 N., 243 D. Verba videntur Philoctetae.

Vs. 1391. *οὐκ ἔστι Πειθοῦς ἱρὸν ἄλλο πλὴν λόγος.*

Schol. *ἐξ 'Αντιγόνης Εὐριπίδου*, de qua vid. Epimetr. II. Fr. 170.

Vs. 1392. *μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ.*

Schol. *ἐκ Νιόβης Αἰσχύλου.* Fr. 156. Consulto, ut iam vidit Fritsche, Aeschylus hunc locum Euripideo opponit. In Antigone laudatur Suada cui ara consecrata est in hominum animis: *καὶ βωμὸς αὐτῆς ἔστ' ἐν ἀνθρώπου φύσει* (*φρενί*? Kock); Aeschylus de Morte dixerat, fr. 156: *μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ, | οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων ἄνοις, | οὐδ' ἔστι βωμὸς, οὐδὲ παιωνίζεται· | μόνου δὲ Πειθὼ δαιμόνων ἀποστατεῖ.* At potuisset ipse Euripides similem citare locum, cum Alc. 973 de fato, i. e. de morte scripsisset: *μόνας δ' οὔτ' ἐπὶ βωμοὺς | ἐλθεῖν οὔτε βρέτας θεᾶς | ἔστιν, οὐ σφαγίων κλύει.*

Vs. 1400. *βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.*

De huius versus sede iam dissenserunt veteres interpretes. Fuerunt, ut e scholiis apparet, qui Telepho, Philoctetae, Iphigeniae Aul. (quae nondum docta erat) aut ipsi Aristophani tribuerint. E testimonio tamen Aristarchi, quod servavit Scholiasta, et e locis Zenobii et Eustathii, a Nauckio et Dind. allatis, verisimile fit versum 1400 in hac tragoedia olim lectum fuisse sed postea ab ipso fortasse Euripide mutatum esse ob comicorum parodiam. Iam Eupolis teste scholiasta, Mein. II 566:

ἀποφθαρεὶς δὲ δύο κύβω καὶ τέτταρα.

Vs. 1402. *σιδηροβριθές τ' ἔλαβε δεξιᾷ ξύλον.*

Schol. *ἐκ Μελεάγρου Εὐρ.* Welckero II. p. 758 videtur de Meleagro dictum, Thestiadas aggresso, qui Atalantae apri corium eripere voluerunt.

Vs. 1403. *ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα καὶ νεκρῷ νεκρός.*

Schol. *ἐκ Γλαύκου (Ποτνιέως) Αἰσχύλου.* De argumento parum constat. De Glauco Probus ad Virg. Georg. III 266: „*Potnia est urbs Boeotiae, ubi Glaucus Sisyphi filius et Meropes ut*

Asclepiades in tragedumenis, lib. I, ait, habuit equas, quas assueverat humana carne alere (Servius, a. h. l.: *quum eas cohiberet a coitu ut essent velociores*) *qua cupidius in hostem irruerent et perniciosius* (lege: pernicius), *ipsum autem cum alimenta deficerent, devorarunt in ludis funebribus Peliae.*" Cf. Dind. fr. Gl. P. Idem fere Hyginus fab. 250 et 273.

Verba Aeschyli imitatus est Euripides Phoen. 1194 (ex emend. Fritschii) *ἔθνησκον, ἐξέπιπτον ἀντύγων ἄπο | τροχοί τ' ἐπήδων, ἄξονες δ' ἐπ' ἄξοσι | νεκροὶ δε νεκροῖς ἐξεσωρεύονθ' ὁμοῦ.*

Vs. 1425. *ποθεῖ μὲν ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν.*

Schol. *παρὰ τὰ ἐκ τῶν Ἴωνος Φρουρῶν, ὅπου ἡ Ἑλένη πρὸς τὸν Ὀδυσσέα φησὶ: σιγᾷ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεταί γε μήν.* Cf. Nauck fr. Ion. 44.

Vs. 1427. E. *μισῶ πολίτην, ὅστις ὠφελεῖν πάτραν*
βραδὺς φανεῖται, μεγάλα δὲ βλάπτειν ταχὺς,
καὶ πόριμον αὑτῷ, τῇ πόλει δ' ἀμήχανον.

Vs. 1431. A. *οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν·*
μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν·
ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Hamaker vs. 1428 *πέφανται.* Vss. 1427—1429 ex Euripide desumtos esse iam monuerunt N. et D. fr. Eur. 879. Sed non dubito quin vss. 1431 sqq. quoque e verbis tragicis, Aeschyli, compositi sint. Vid. ad vs. 1443. De verbis Aristophanis dissentiunt viri docti. Vs. 1431 eicitur a Dindorfio, vs. 1432 a Bergkio et Kockio, quorum opinio veri est similior cum 1432 in Cod. Ven. desit et hoc loco minus aptus videatur. Errat tamen Kock ad Valerium Maximum provocans. Scribit hic VII 2, 7: „*Aristophanis quoque altioris est prudentiae praeceptum, qui in comoedia introduxit remissum ab inferis Atheniensem Periclem* (sic), *vaticinantem non oportere*

Vs. 1392. μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ.

Schol. ἐκ Νιόβης Αἰσχύλου. Fr. 156. Consulto, ut iam vidit Fritsche, Aeschylus hunc locum Euripideo opponit. In Antigone laudatur Suada cui ara consecrata est in hominum animis: καὶ βωμὸς αὐτῆς ἔστ' ἐν ἀνθρώπου φύσει (φρενί? Kock); Aeschylus de Morte dixerat, fr. 156: μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ, | οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων ἄνοις, | οὐδ' ἔστι βωμός, οὐδὲ παιωνίζεται· | μόνου δὲ Πειθὼ δαιμόνων ἀποστατεῖ. At potuisset ipse Euripides similem citare locum, cum Alc. 973 de fato, i. e. de morte scripsisset: μόνας δ' οὔτ' ἐπὶ βωμοὺς | ἐλθεῖν οὔτε βρέτας θεᾶς | ἔστιν, οὐ σφαγίων κλύει.

Vs. 1400. βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.

De huius versus sede iam dissenserunt veteres interpret Fuerunt, ut e scholiis apparet, qui Telepho, Philoctetae, I geniae Aul. (quae nondum docta erat) aut ipsi Aristop tribuerint. E testimonio tamen Aristarchi, quod servavit S liasta, et e locis Zenobii et Eustathii, a Nauckio et l allatis, verisimile fit versum 1400 in hac tragoedia lectum fuisse sed postea ab ipso fortasse Euripide mu esse ob comicorum parodiam. Iam Eupolis teste sch Mein. II 566:

ἀποφθαρεὶς δὲ δύο κύβω καὶ τέτταρα.

Vs. 1402. σιδηροβριθές τ' ἔλαβε δεξιᾷ ξύλον.

Schol. ἐκ Μελεάγρου Εὐρ. Welckero II. p. 758 vi Meleagro dictum, Thestiadas aggresso, qui Atalantae rium eripere voluerunt.

Vs. 1403. ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα καὶ νεκρῷ νεκρός.

Schol. ἐκ Γλαύκου (Ποτνιέως) Αἰσχύλου. De argum constat. De Glauco Probus ad Virg. Georg. III *nia est urbs Boeotiae, ubi Glaucus Sisyphi filius et*

.τῶς

ευμα.

ιaestioni
erba esse
degentes
Neque hi
ι. 396.
m Aeschyli
n profectum
1460—1466
ιtissimus erat

λιν
έρει;

is, finem disputa-
at nonnulla quibus
ideo, hoc loco Aeschy-
ous ut sententias stu-
bus darent fide parum
em fuisse apparet e ver-

γνώμαις ἀγαθαῖς κτἑ.

strema comoediae parte iocat
um appellat ut iterum civium
m enuntiaverat in praeclara illla
αις γ' ἡμῖν ἔδοξεν κτἑ.

μοκ'.

uripides ..... tribus deinceps versibus

in urbe nutriri leonem: Sin autem sit alitus, obsequi ei convenire." Valerius igitur aut tres versus noverat aut duos posteriores.

Vs. 1438. *αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα.*

Constat inter viros doctos non pauca hic interpolata esse vel potius duplicem nobis traditam esse recensionem. Aristophanes post 1436 scripsit vss. 1442 sqq. et post 1450 vel 1448 (1449 et 1450 eiecerunt Hamaker, Meineke Vind. Ar. p. 181, Dindorf) vss. 1454 sqq. Histrio vel quisquis fuerit qui contextum mutaverit vss. 1443 *ὅταν τὰ* — 1450 *σωζοίμεθ' ἄν* removit et in eorum locum 1437 *εἴ τις* — 1441 *ἐναντίων* et 1451 *εὖ* — 1453 *τὰς δ' ἐξίδας* Κηφισοφῶν substituit.

Observandum est verba *αἴροιεν κτέ.* tragica esse et, cum Euripides se consilii 1437 sqq. auctorem esse profiteatur vs. 1453, suspicari licet ea ex aliquo dramate Euripidis derivata esse. In Eur. Palamede fr. 582 legitur *ποντίας ὑπὲρ πλακός* et Schol. 1451 habet: *πρὸς τὸν Εὐριπίδην ὅτι εἰκὸς ἐκ Παλαμήδους πεπλάσθαι ταῦτα.* Quae tamen annotatio nullius est pretii. Recte Dind. „temeraria est coniectura non animad„vertentis referri haec (*εὖ γ' ὦ Παλ.*) ad superiores interpo„latoris versus 1440 et 1441 *εἰ ναυμαχοῖεν κτέ.*, qualia nemo „sibi persuadebit in Euripidis Palamede lecta fuisse." Scholiastae coniectura nititur allocutione: *ὦ Παλάμηδες*, quam tamen urgere non licet. Nam Palamedis, multarum artium inventoris, nomine appellabantur homines versuti et sollertes qui sicut Prometheus *δεινοὶ* essent *κἀξ ἀμηχάνων πόρους εὑρεῖν* Conferunt viri docti Plat. Phaedr. p. 261, ubi Zeno *ὁ Ἐλεατικὸς Παλαμήδης* vocatur et Eupol. fr. 303, Mein. II p. 547, ubi A. *εἶεν. τίς εἶπεν „ἀμίδα παῖ" πρῶτος μεταξὺ πίνων;*

B. *Παλαμηδικόν γε τοῦτο τοὐξεύρημα καὶ σοφόν σου.*

Quos versus legens non possum non suspicari poetam verbis *Παλαμηδικὸν* et *ἀμίδα* ludere. Non est quidem iocus pri-

mae notae, at eiusdem farinae est lusus Thesm. 1215: ὀρτῶς δέ τι συβίνη 'στί· κxτxβινῆσι γὰρ.

Adde tertium locum Alciphr. III 4 Πxλxμήδειον βούλευμα.

Vs. 1443. ὅταν τὰ νῦν ἄπιστx πίσθ' ἡγώμεθα,
τὰ δ' ὄντα πίστ' ἄπιστα.

Haec verba, quibus respondet Euripides Dionysi quaestioni 1435, non minus quam 1427 sqq. ipsa tragoediae verba esse existimo. Non enim intererat quid poetae in inferis degentes censerent, sed quid antea in tragoediis docuissent. Neque hi versus ab Euripidis poesi alieni sunt. Vid. ad Ach. 396.

Quod autem his versibus respondet consilium Aeschyli 1463—1465 τὴν γῆν κτέ. a poeta Aeschylo non profectum est, ut docent numeri minime tragici. Iure Kock 1460—1466 uncis inclusit. Non tamen qui patriae amantissimus erat Aristophanes verbis 1459

πῶς οὖν τις ἂν σώσειε τοιαύτην πόλιν
ᾗ μήτε χλαῖνx μήτε σισύρx συμφέρει;

quae desperantis sunt non salutaria suadentis, finem disputationi facere potuit. Sine dubio exciderunt nonnulla quibus vss. 1460—1466 substituti sunt. Si quid video, hoc loco Aeschylum quoque fecit poeta suadentem civibus ut sententias studiaque sua mutarent neque se hominibus darent fide parum dignis. Salutaris eum consilii auctorem fuisse apparet e verbis Plutonis vs. 1501 sqq.

κxὶ σῷζε πόλιν τὴν ἡμετέρxν γνώμxις ἀγxθxῖς κτέ.

Non amplius enim in hac postrema comoediae parte iocat Aristophanes, sed serio theatrum appellat ut iterum civium mentibus inculcaret quae iam enuntiaverat in praeclara illa parabasi vs. 718 sqq. πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν κτέ.

Vs. 1471. ἡ γλῶττ' ὀμώμοκ'.

Cf. Thesm. 275. „Euripides..... tribus deinceps versibus

„repellitur ex ipsius tragoediis petitis, ut inscius et invitus „adversario in manum dederit gladium quo iugularetur." Taeuber.

Vs. 1475. *τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖς θεωμένοις δοκῇ;*

Schol. *παρὰ τὰ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου*

τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

Recte Fritsche: „Vix dubitare licet quin uterque versus „(1474 et 1475) ex Euripidis Aeolo derivatus sit. Nempe apud „Euripidem colloquuti videntur Aeolus pater cum Macareo „filio, deprehenso iam incestu cum Canace uterina sorore, Aeol. „*αἴσχιστον ἔργον προσβλέπεις μ' εἰργασμένος*; Mac. *τί δ' αἰσχρὸν*, „*ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ*;" Notus est lusus Laidis, Athen. XIII c. 45 p. 582. Narrat Plutarchus Antisthenem philosophum, cum hunc audiret versum, respondisse

αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ κἂν μὴ δοκῇ.

Idem de Platone memorat Serenus ap. Stob. Locos adscripserunt N. et D.

Comparandi sunt Euripidis dicterio versus ignoti tragici Nauck. p. 655:

καὶ γὰρ τὸν ἄλλον ὧδε θνητοῖσιν νόμον
ὄψει διαθρῶν· οὐδὲν ἦν πάντῃ καλὸν
οὐδ' αἰσχρὸν, ἀλλὰ ταῦτ' ἐποίησεν λαβὼν
ὁ καιρὸς αἰσχρὰ καὶ διαλλάξας καλά.

Vs. 1477. *τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,*
τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν, τὸ δὲ καθεύδειν κῴδιον;

Fragmentum Eur. Polyidi 639. De errore Scholiastae vid. ad 1082. Verba *τὸ — δειπνεῖν* tentavit Kock, qui *τὸ πονεῖν δὲ δειπνεῖν* praefert, et Fritsche, qui *πεινῆν δὲ τὸ δειπνεῖν*. Sed satisfacit textus receptus ob lusum verborum. Minime tamen ferendum est *τὸ δὲ καθεύδειν κῴδιον*, quod nihili est. Pro *κῴ-*

διον requiritur infinitivus. Tetigit idem placitum Antiphanes, Athen. I c. 41, Mein. III p. 138:

A. τὸ δὲ ζῆν εἰπέ μοι
τί ἐστιν; B. (ὅ τι ἐστίν;) τὸ πίνειν φήμ' ἐγώ.
ὁρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάρροις ὅσα
δένδρων ἀεὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν
βρέχεται κτέ.,

quae postrema parodia referunt Soph. Ant. 712 sqq.

Vs. 1528. πρῶτα μὲν εὐοδίαν ἀγαθὴν ἀπιόντι ποιητῇ
ἐς φάος ὀρνυμένῳ δότε, δαίμονες οἱ κατὰ γαίας,
τῇ δὲ πόλει κτέ.

Schol. Ven. παρὰ τὰ ἐν Γλαύκῳ Ποτνιεῖ Αἰσχύλου: εὐοδίαν μὲν πρῶτον ἀπὸ στόματος χέομεν. E τούτου μέλεσιν vs. 1526 apparet chorum Aeschyleis versibus uti. An verum dixerit Scholiasta non liquet, cum ea quae in Glauco sequebantur non noverimus.

ECCLESIAZUSAE.

Vs. 1 sqq. Ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου,
καλλιστον εὐστόχοισιν ἐξηυρημένον,
γονάς τε γὰρ σὰς καὶ τύχας δηλώσομεν· κτέ.
usque ad vs. 15. Vs. 2 cum Mein. et Herw. Tragoediae sermonem in hisce nemo non agnoscit. Talibus ordiuntur quae prodeunt in scenam personae ut v. c. Menelaus, Troad. 860 ὦ καλλιφεγγὲς ἡλίου σέλας τόδε, neque dubium quin etiam versus 1 sqq. fuerint hominis non λύχνον sed solis vel potius lunae κύκλον appellantis. Simili modo τὸν λύχνον appellat comicus anonymus Mein. IV p. 671. Sequentia parodiam exhibent prologorum tragicorum qui genealogias continent, de quibus vid. ad Ach. 47.

Quid h. l. e tragoedia hauserit Ar., quid ipse finxerit discernere nequimus. Schol. vs. 1 ὑποπτεύεται δὲ ὁ ἴαμβος ἢ τοῦ Ἀγάθωνος ἢ τοῦ Δικαιογένους, neque haec coniectura quidem quo referenda sit constat, cum quae sequuntur non ad vs. 1 sed ad vs. 23 pertineant. Quid voluerit Schol. verbis διὰ τὰς κτέ., quid fecerit Phyromachus, quid denique vs. 23 scripserit Ar., omnia obscura sunt.

Vs. 79. ἐπιτήδειός γ' ἂν ἦν
τὴν τοῦ Πανόπτου διφθέραν ἐνημμένος
εἴπερ τις ἄλλος βουκολεῖν τὸ δήμιον.

Schol. praeter Rav. ἀναφέρει δὲ τοῦτον (scil. τὸν Πανόπτην) ἐπὶ τὸν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ Ἄργον. Schol. Rav. ad 81. βουκολεῖν δὲ ὡς τὴν Ἰὼ ὁ Ἄργος ἐν Ἰνάχῳ Σοφ. At non opus est statuere Aristophanem hunc Argum e tragoedia depromsisse.

Vs. 110. καὶ πῶς γυναικῶν θηλύφρων ξυνουσία
δημηγορήσει;

Schol. qui ἐκ τραγῳδίας τοῦτο annotavit utrum parodiae an paratragoediae haec debeantur non novisse videtur. Θηλύφρων ξυνουσία ut θηλύπους βάσις Iph. Aul. 421 et γυναικόφρων θυμός fr. Eur. Erechth. 364 vs. 34.

Vs. 236. χρήματα πορίζειν εὐπορώτατον γυνή.

Imitatur fortasse alicuius poetae versum in quo pro χρήματα v. c. πόρους scriptum erat.

Vs. 325. οὐ γάρ ποθ' ὑγιὲς οὐδὲν ἐξελήλυθεν
δράσουσ'. ὅμως δ' οὖν ἐστιν ἀποπατητέον.

Nauck p. 658: „Videntur tragoediae esse versus: ἀποπα-„τητέον pro καρτερητέον Aristophanes substituit."

Vs. 369. ὦ πότνι' Εἰλείθυια.

Mensura tragica. Cf. Lys. 742. Sed genus tantum loquendi tragicorum, non certum alicuius poetae versum imitatur, nam quominus sequentia μή με περιΐδῃς tragoediae tribuamus obstat hiatus; cf. Pors. ad Med. 284.

Vs. 392. Ἀντίλοχ', ἀποίμωξόν με τοῦ τριωβόλου
τὸν ζῶντα μᾶλλον.

Schol. παρὰ τὸ ἐξ Αἰσχύλου Μυρμιδόνων:

'Αντίλοχ', ἀποίμωξόν με τοῦ τεθνηκότος
τὸν ζῶντα μᾶλλον.

quibus iungendum esse τἀμὰ γὰρ διοίχεται vidit Porson ad Med. 750, monens verba fuisse Achillis cui interfecti Patrocli nuntius allatus erat.

Eandem sententiam expressit Euripides, Phoen. 1640: ὥς σε στενάζω τῶν τεθνηκότων πλέον.

Vs. 1131. τίς γὰρ γένοιτ' ἂν μᾶλλον ὀλβιώτερος,
ὅστις πολιτῶν πλεῖον ἢ τρισμυρίων
ὄντων τὸ πλῆθος οὐ δεδείπνηκας μόνος;

In his nonnulla tragoediam sapiunt. Comparativi cum μᾶλλον coniuncti usus poeticus est: Aesch. Sept. 673 μᾶλλον ἐνδικώτερος. Eur. Hipp. 485 μᾶλλον ἀλγίων, Hec. 377 μᾶλλον εὐτυχέστερος. Hom. Il. XXIV 243 ῥηΐτεροι μᾶλλον. Leguntur quidem Herodot. I 32 verba Solonis μᾶλλον..... ὀλβιώτερος, Plat. Gorg. c. 42 αἰσχυντηροτέρω μᾶλλον τοῦ δέοντος sed a vitae quotidianae consuetudine talis comparativus alienus est neque in comoedia invenitur. Et certe a socco abhorret ὄλβιος quod in senariis apud Ar. non occurrit nisi Av. 1708 in parodia. Legitur quidem in Philem. Mein. IV 49: ἐγὼ μὲν αὐτὸν οὔποτ' ὄλβιον καλῶ, sed in gravi disputatione. De πλεῖον ἢ cf. Dind. a. h. l.

PLUTUS.

Vs. 8. τῷ δὲ Λοξίᾳ
ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου
μέμψιν δικαίαν μέμφομαι ταύτην.

Schol. 9 recte: ἐτραγικεύσατο τῇ φράσει. Λοξίας nomen est Apollinis in oraculis et in tragoedia. Etiam Eq. 1047, 1072 adhibetur quia ibi oracula παρῳδοῦνται. Neque θεσπιῳδεῖ scripsisset Ar. neque τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου addidisset nisi ante oculos ei obversatus esset versus tragicus. Idem, cuius haec sunt verba, servus Cario, vs. 39:

Vs. 39. τί δῆτα Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων;

De voce tragica λακεῖν cf. Ach. 410.

Schol. ἡ λέξις Εὐριπίδου ἀντὶ τοῦ ἔχρησεν. Non tamen Euripidi peculiaris est, neque in Sophocle neque in Aeschylo deest.

Vs. 90. ὁ δέ μ' ἐποίησεν τυφλόν.

Inepta est annotatio Scholiastae: παρῴδηται ἐκ τῶν Ἡσιόδου
κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισιν.

Vs. 114. οἶμαι γὰρ οἶμαι, ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται,
ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας.

Gravia verba vs. 114 parodia aut paratragoedia videntur. Eadem anadiplosis Soph. El. 459 *οἶμαι μὲν οὖν, οἶμαι κτέ.* Eur. Med. 625 *ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται.*

Vs. 202. *ἀλλὰ καὶ λέγουσι πάντες ὡς*
δειλότατόν ἐσθ' ὁ Πλοῦτος.

Iam Schol. indicavit Eur. Phoen. 597 *δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.* Eadem fere Carcinus, Nauck. p. 622, *δειλόν ἐσθ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.*

Vs. 253. *ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταυτὸν θύμον φαγόντες.*

Schol. *τινὲς δέ φασιν ὅτι παρῴδηται ἐκ τῶν Ἡσιόδου:*
οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ,
quae cum versu Aristophanis nihil commune habent.

Vs. 290. *καὶ μὴν ἐγὼ βουλήσομαι θρεττανελὸ τὸν Κύκλωπα*
μιμούμενος καὶ τοῖν ποδοῖν ὡδὶ παρενσαλεύων κτέ.

Schol. 290. *τὸ δὲ „ἀλλ' εἶα — ἐπαναβοῶντες" ἐκ τοῦ Κύκλωπος Φιλοξένου ἐστίν.* Deinde *Φιλόξενον τὸν διθυραμβοποιὸν* (perperam addit *ἢ τραγῳδοδιδάσκαλον*) *διασύρει ὃς ἔγραψε τὸν ἔρωτα τοῦ Κύκλωπος τὸν ἐπὶ τῇ Γαλατείᾳ· εἶτα κιθάρας ἦχον μιμούμενος ἐν τῷ συγγράμματι, τοῦτό φησι τὸ ῥῆμα θρεττανελό.* Finxit Ar. hoc vocabulum sicut *φλαττοθρατ* Ran. 1285. Schol. 298 *ἐνταῦθα ὁ ποιητὴς παιγνιωδῶς ἐπιφέρει τὰ τοῦ Φιλοξένου εἰπόντος πήραν βαστάζειν τὸν Κύκλωπα καὶ λάχανα ἐσθίειν ..... ἐμνήσθη δὲ καὶ τῆς τυφλώσεως, ὡς οὔσης ἐν τῷ ποιήματι.* „Omnis igitur illa apud Aristophanem descriptio adumbrata est „ad similitudinem carminis Philoxeni." Bergk. fr. Phil. 11 p. 1263. Ribb. Zeitschr. f. d. Gymn. XVII p. 342.

Vs. 477. *ὦ τύμπανα καὶ κύφωνες οὐκ ἀρήξετε;*

Ἀρήγειν tragicum est ut *ἀρωγὴ* et *ἀρωγός.* Occurrit Thesm. 696 in parodia, Lys. 303 in carmine chori; ib. 459 *ἀρήξετε*

in *ἀράξετε* emendatum est. Fortasse imitatur Ar. versum tragicum in quo pro *τύμπανα καὶ κύφωνες* nomina reperiebantur quibus similis erat sonus. *Ἀρωγός* in parodia ap. Antiphanem Mein. III 82: *ἀσκοπυτίνην τινὰ δίψους ἀρωγόν.*

Vs. 541. *στιβάδα σχοίνων κόρεων μεστήν, ἣ τοὺς εὕδοντας ἐγείρει.*

Schol. Ven. *Σοφοκλέους τὸ ἡμιστίχιον: ἐπειγομένων κερκίδος ὕμνοις, ἣ τοὺς εὕδοντας ἐγείρει.* Fr. 804 N., 909 D. Saepius his verbis quamquam nihil insoliti inest, usi sunt comici ut aliis incongruis adaptarent. Ar. fr. 368: *σπυρὶς οὐ μικρὰ καὶ καρυκίς, ἣ καὶ τοὺς μάττοντας ἐγείρει.* Eupolis. Mein. II p. 437: *ταῶν, ὃς τοὺς εὕδοντας ἐγείρει.*

Vs. 601. *ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει.* Vid. ad Eq. 813.

Vs. 635. *ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας,*
Ἀσκληπιοῦ παιῶνος εὐμενοῦς τυχών.

Schol. rec. ad 635 (non R. neque V.) *ἐκ Φινέως Σοφοκλέους ὁ στίχος.* Schol. Ven. 636 *ταῦτα δὲ ἐκ Φινέως Σοφ. ἔλαβεν.* Nauck Veneto tantum schol. h. l. fidem habendam esse arbitratur et priorem versum Phineo abiudicat. Cum tamen utriusque versus color sit tragicus iique optime inter se cohaereant, neque *τοῦτον τὸν στίχον* sed *ταῦτα* annotet schol. Ven. non video cur alterum tantum versum Phineo tribueremus. In scholiis recentioribus nonnumquam locos tragicos indicatos esse qui in R. et V. desunt, docent Schol. Ran. 1225 et 1238. Utitur praeterea verbis *ἐξωμμάτωται κτέ.* Aelianus de N. A. XVII 20, qui de hirundine: *ταύτης γε μὲν ἐάν τις ἐκκεντήσῃ* (Valck. pro *κεντήσῃ*) *τοὺς ὀφθαλμούς, γίνεσθαι μὲν αὐτὴν παραχρῆμα τυφλήν, μετὰ ταῦτα δὲ ἐξομματοῦται καὶ τὰς κόρας λελάμπρυνται, καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ὁρᾷ, ὡς ἐκεῖνός* (Aristoteles) *φησι,* et veri est similius e tragico haec desumsisse Aelianum, qui saepius tragicos tangit, quam e comico. Non enim probanda

videtur coniectura Valckenarii, Diatr. p. 196, Aristophanem quidem verbo *ἐξωμμάτωται* dixisse: oculatus factus est, Sophoclem contra: „*oculorum acie privatus est*, ut Euripides suum adhibet *ἐξομματοῦμεν*" fr. 545. Obstat huic interpretationi sequens *λελάμπρυνται κόρας*. *Ἐξομματοῦν* nonnumquam *ὀμματοῦν* valere apparet Aesch. Prom. 498.

Non tamen hisce quaestio ad finem perducta est. Videntur enim viris doctis duo allati versus, si coniunguntur, alieni esse a fabula Phineo et haec est causa cur alterum versum Phineo abiudicaverint. De argumento tragoediae igitur videndum est. Nonnullos quibus hic opus est locos afferam.

Schol. Apoll. Rh. II 178 . . . . . *πηρωθῆναι δὲ αὐτὸν* (Phineum) *ὅτι* . . . . , *Σοφοκλῆς δὲ ὅτι τοὺς ἐκ Κλεοπάτρας υἱοὺς ἐτύφλωσεν* . . . . . *πεισθεὶς διαβολαῖς Δίας* (Wagn. *Ἰδαίας*) *τῆς αὐτῶν μητρυιᾶς*. Quo loco drama Phineum respexit Scholiasta non Tympanistas, in quo non ipse Phineus sed noverca pueros excaecavit, sicut etiam Antig. 966 sqq.

Asclepiades in Schol. Od. XII 69 haec dicit: *ἔχων γὰρ παῖδας ἐκ Κλεοπάτρας τῆς Βορέου καὶ ἐπιγήμας Εὐρυτίαν δίδωσιν αὐτοὺς τῇ μητρυιᾷ διαβληθέντας πρὸς ἀναίρεσιν. Ζεὺς δὲ χαλεπήνας λέγει αὐτῷ πότερον βούλεται ἀποθανεῖν ἢ τυφλὸς γενέσθαι· ὁ δὲ αἱρεῖται μὴ ὁρᾶν τὸν ἥλιον. ἀγανακτήσας δὲ ὁ Ἥλιος Ἁρπυίας ἐπιπέμπει αὐτῷ αἵτινες, εἴποτε μέλλοι ἐσθίειν, αὐτοῦ διέπρασσον* (*τὰ βρώματα αὐτοῦ διήρπαζον* Buttman) *ἐμβάλλουσαι φθοράν τινα· καὶ οὕτως Φινεὺς ἐτιμωρεῖτο.*

Schol. Soph. Ant. 981 *κατὰ δέ τινας* (*ἐπέγημεν*) *Εἰδοθέαν τὴν Κάδμου ἀδελφήν, ἧς καὶ αὐτὸς Σοφοκλῆς μνημονεύει ἐν Τυμπανισταῖς, ἥτις ἐξ ἐπιβουλῆς τυφλώσασα τοὺς Κλεοπάτρας παῖδας ἐν τάφῳ καθεῖρξεν.*

Apoll. I 9, 21. *Ἐντεῦθεν ἀναχθέντες* (Argonautae) *καταντῶσιν εἰς τὴν Θράκης Σαλμυδησσόν, ἔνθα ᾤκει Φινεὺς μάντις τὰς ὄψεις πεπηρωμένος* . . . . . *ἔπεμψαν δὲ αὐτῷ καὶ τὰς ἁρπυίας οἱ θεοὶ κτέ.*

Hyg. fab. 19. „*Phineus Agenoris filius Thrax ex Cleopatra habuit filios duos. hi a patre novercae crimine excaecati sunt. Huic etiam Phineo Apollo augurium dedisse dicitur. hic deorum consilia cum enunciaret ab Iove est excaecatus et apposuit ei Harpyias quae Iovis canes esse dicuntur quae escam ab ore eius auferrent. Huc cum Argonautae devenissent et eum iter ut demonstraret rogarent, dixit se demonstraturum si eum poena liberarent. Tunc Zetes et Calais Aquilonis venti et Orithyiae filii, qui pennas in capite et in pedibus habuisse dicuntur, Harpyias fugaverunt in insulas Strophadas et Phineum poena liberarunt.*"

Plura tradunt Apollod. l. l. et III 15. 3. Apoll. Rhod. lib. II. Schol. Ap. Rh. I 211.

Welcker, qui Tympanistas et alterum Phineum idem fuisse drama coniecit, Phinei argumentum erui posse arbitratur e Schol. Apoll. Rh. et Od. quae adscripsi et hoc modo constituendum esse: *Excaecatur Phineus, qui mendaciis uxoris permotus, liberis oculos effoderat. Deinde ab Harpyiis cruciatur.*

Phineum Sophocleum excaecatum fuisse probabile est e testimonio Schol. Apoll. l. l., Schol. Plut. 635 et fr. Soph. 640 N., 635 D., βλέφαρα κέκληταί γ' ὡς καπηλείου θύραι cuius tamen duo posteriora verba, ut iam monuit N., comico potius quam Sophocli tribuenda sunt.

Num vero iure Harpyias in eodem dramate quaerat Welcker, dubito. E fr. 641 N., 636 D., νεκρὸς τάριχος εἰσορᾶν Αἰγύπτιος, efficit hunc fuisse fabulae exitum: „Auch wird „dem Phineus angedroht, von dem Gotte nemlich der ihm „die Harpyien ankündigt, dass er geplagt von ihnen, blind, „das Leben dass er hinzugeben nicht Kraft genug hatte, bis „zum Ueberdruss behalten solle, bis er einer Aegyptischen „Mumie gleich eingeschrumpft sein würde."

Verum hoc fragmentum, etiamsi sit Sophoclis, neque iocosi alicuius comici, parum probat, ubi multo certius obstat testimonium. Versus enim Pluti 635, 636, quos ut Phineo

abiudicemus nullum satis firmum cogit argumentum, si consideramus, *probabilius fit non minas neque Harpyiarum vexationes fabulae exitum fuisse, sed sanationem Phinei cui visum restituerit Aesculapius.* Argonautae enim Phineum adierunt (Apoll. Rh., Apollod., Hyg. l. l.) in quorum numero a nonnullis Aesculapium habitum fuisse apparet ex Hyg. fab. 14 (ubi Aesculapii et duodecim aliorum nomina expunxit Schmidt, ut videtur quia in Apollinii Rh. catalogo desunt, cf. Philol. 1867 p. 432) et Clem. Alex., Strom. I p. 322 B., qui ad Apollonium provocat. Aesculapium Phineidis visum restituisse narrat Phylarchus Schol. Pind. Pyth. III 96 et Sext. Emp. adv. gramm. p. 272.

Haec vero coniectura, cum de sanato Phineo nihil invenerim neque Plut. 635 de duobus Phineidis intellegi possit, incerta est. Hoc unum affirmari posse mihi videtur Harpyiis in dramate Sophocleo locum non fuisse easque Aeschylo esse reddendas. Mihi enim persuadere non queo tam immemorem fuisse Sophoclem legis tragicae, quae *μίαν πρᾶξιν ὅλην τε καὶ τελείαν* poscat, ut Phineum fecisset in eodem dramate bis poenas luentem.

Sed aliud addit argumentum Welcker: „Dass das Drama „den Ausgang nahm, den wir bei Asclepiades finden, ist da- „raus klar, dass die Harpyien, mit dem Beiworte *καταράκται* „im Phineus vorkamen."

Quam ut probet coniecturam affert locum Hesychii qui in voce *καταρράκτης·* scribit: *ὀχετὸς, ῥύαξ. καὶ ὁ ἀετὸς, Σοφ. Λαοκόωντι καὶ ταρπυίας ἐν Φίνῃ.* Postrema viri docti certatim emendarunt: *καὶ τὰς Ἁρπυίας ἐν Φινεῖ,* fr. Soph. 643 N., 641 D. Dubito tamen num iure fecerint. Minime enim explicatur usus accusativi *τὰς ἁρπυίας.* Alia igitur medela est quaerenda.

Relegamus fabulam Hygini quam adscripsi. Nisi omnia me fallunt, huius narrationis fons fuit argumentum tragoediae Graecae, ut apparet ex illo „*qui Iovis canes esse dicuntur.*"

Duae autem coaluerunt narrationes, altera Phineum excaecatum esse quia liberis oculos effoderat, altera Phineum vatem cum deorum consilia enunciaret ab Harpyiis, Iovis canibus, excruciatum esse. Referenda est haec, opinor, non ad Sophocleum Phineum sed ad Aeschyleum. In huius enim dramate Harpyias Phineum suppliciis affecisse, nos docet fr. Aesch. 253 N., 251 D.

καὶ ψευδόδειπνα πολλὰ μαργώσης γνάθου
ἐρρυσίαζον στόματος ἐν πρώτῃ χαρᾷ.

Quibus consideratis pro καὶ ταρπυίας ἐν Φίνῃ Hesychium scripsisse conicio non καὶ τὰς ἁρπυίας sed καὶ ἡ ἅρπυια Αἰσχ. Φινεῖ.

Vs. 639. ἀναβοάσομαι τὸν εὔπαιδα καὶ
μέγα βροτοῖσι φέγγος Ἀσκληπιόν.

Numeri ac verba tragica. De schol. ἐξ Ἠλέκτρας cf. Dind. annot. ad Schol. h. l. Utrum parodia sit an paratragoedia nescimus. Idem observandum est de vs. dochmiaco 637 λέγεις μοι χαράν, λέγεις μοι βοάν, de quo schol. recent. τινὰ γελᾷ τῶν τραγικῶν.

Vs. 661. Ἡφαίστου φλογί.

Vox Homerica quae etiam Iph. Aul. 1602 legitur. Videtur servus sacrificii descriptionem ex aliqua tragoedia petere. Idem servus 759: εὐρύθμοις προβήμασιν, ubi Hemst: „neque „absurde Carion ioci plenus quod a tragico poeta serio scrip- „tum erat εὐρύθμοις mutaverit in contrarium ut incompositos „senilis turbae gressus illuderet."

Vs. 771. καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν Ἥλιον,
ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον,
χώραν τε πᾶσαν Κέκροπος ἥ μ' ἐδέξατο.

Tragoediam imitatur Ar., sed tacent scholia neque in superstitibus tragoediis aliquid simile legitur.

Vs. 806. ἡ μὲν σιπύη μεστή 'στι λευκῶν ἀλφίτων,
οἱ δ' ἀμφορῆς οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου.

Schol. ταῦτα δὲ παρὰ τὰ ἐν 'Ινάχῳ Σοφοκλέους, ὅτε τοῦ Διὸς εἰσελθόντος πάντα μεστὰ ἀγαθῶν ἐγένετο. De argumento Inachi vid. Dind. fr. In. Quid scripserit tragicus e veterum testimoniis erui nequit.

Vs. 1002. πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Teste scholiasta responsum Apollinis. Addit ὡς καὶ 'Ανακρέων φησί. Bergk. fr. An. 85, p. 1031. Cf. vs. 1075 et Vesp. 1060.

Vs. 1127. ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα καὶ μάτην καλεῖς.

Narrat Schol. Herculem cum a Nymphis raptum Hyllam quaereret, vocem audivisse dicentem: ποθεῖς κτέ. E tragoedia derivatum esse iudicavit Hemst. Cf. N. p. 659.

Vs. 1151. πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

Hunc versum respicere videtur Cicero Tusc. Q. V 37 „*Teucri vox ..... patria est ubicunque est bene.*" Fieri igitur potest haec ipsa Mercurii verba e tragoedia desumta esse in qua Teucro partes fuerint, qui a patre Telamone pulsus in Cyprum migraret. Scripserunt drama Teucrum Sophocles et Ion. Suspicatur Nauck Aristophanem alium spectasse versum tragicum, fr. adesp. 258: τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς. Saepius in tragoediis haec sententia recurrit, v. c.

Eur. Phaet. fr. 774

ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ.

Cratetis fr. 1, N. p. 629,

οὐχ εἷς πάτρα μοι πύργος, οὐ μία στέγη,
πάσης δὲ χέρσου καὶ πόλισμα καὶ δόμος
ἕτοιμος ἡμῖν ἐνδιαιτᾶσθαι πάρα.

Eur. fr. inc. fab. 1034

ἅπας μὲν ἀὴρ ἀετῷ περάσιμος,
ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.

Quae latine reddidit Ovidius, Fast. I 493

Omne solum forti patria est, ut piscibus aequor,
ut volucri vacuo quidquid in orbe patet.

FRAGMENTA.

Daetalenses.

Fr. 1. Agunt colloquentes pater et filius de obsoletis verbis Homericis ut κόρυμβα, ἀμενηνὰ κάρηνα, ἴδυῖοι, ὀπυίειν.

Fr. 28. Phrynichus, p. 91 ap. D.: ἔστι μὲν ἠπήσασθαι ἅπαξ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Δαιταλεῦσι, παίζοντι τὰς Ἡσιόδου ὑποθήκας „καὶ κόσκινον ἠπήσασθαι."

Proagon.

Fr. 74 et 75. Docet Schol. Vesp. 61 Ar. hanc comoediam scripsisse ad Euripidem irridendum. Tragoediam sapiunt

fr. 74 σταθερὰ δὲ κάλυξ νεαρᾶς ἥβης

et fr. 75 ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύστηνος τέκνων.

πῶς ἐσίδω ῥύγχος περικεκαυμένον;

„Videtur haec parodia loci Euripidei (fortasse e Thyeste) „esse." Dind. Quonam modo duo versus fragmenti 75 cohaereant non video. Separandi sunt. Photius. Lex. p. 491, 28: ῥύγχος· τὸ πρόσωπον. Κρατῖνος καὶ ἕτεροι. Idem Suidas.

Amphiaraus.

Fr. 83. ἀλλ' ὦ θύγατερ, ἔλεξ', Ἰασοῖ πρευμενής.

Iaso Amphiarai filia erat. Schol. Ar. Plut. 701. Πρευμενής vox tragica est; in comoedia non legitur.

Fr. 91. *νόσῳ βιασθεὶς ἢ Φίλων ἀχηνίᾳ;*

Ita loquuntur qui in tragoedia partes agunt. Ἀχηνία est vocabulum Aeschyleum, Ag. 419 *ὀμμάτων δ' ἐν ἀχηνίαις*, Choeph. 301 *χρημάτων ἀχηνία*. Neque *νόσῳ βιασθεὶς* comicus dixisset nisi in parodia.

Aeolosicon.

E Platonio, cuius verba attulit Dind. fr. Aeol., apparet hanc comoediam parodiam fuisse dramatis Euripidis, Aeoli. Vid. ad fr. Ar. 199. Cf. Ribb. Ach. Anh. p. 285.

Anagyrus.

Fr. 146. *πρὸς θεῶν, ἔραμαι τέττιγα φαγεῖν*
καὶ κερκώπην θηρευσαμένη
καλάμῳ λεπτῷ.

Parodia nobilissimi loci Eur. Hipp. 219. Cf. Vesp. 751.

Agricolae.

Fr. 163. *Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ ζευγάριον βοεικὸν, εἰ*
γάρ ποτ' ἐμοὶ παυσαμένῳ τοῦ πολέμου γένοιτο
σκάψαι κἀποκλάσαι κτέ.

Imitatur Ar. versum Eur. Cresphontis, fr. 462,

Εἰρήνα βαθύπλουτε καὶ | καλλίστα μακάρων θεῶν κτέ.

Cf. fr. Ar. 344. *κεκτημένον ζευγάριον οἰκεῖον βοοῖν*. Fragmentum 162 an parodia sit non liquet.

Gerytades.

Fr. 198. *καὶ τίς νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας*
ἔτλη κατελθεῖν;

Parodia Eur. Hec. 1. *ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας | λιπών.*

De vs. 11 *ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὠχεῖσθ' ἄρα* vid.

ad Eq. 1244. Risit poeta Sannyrionem, Meletum, Cinesiam ob corporis maciem. Cf. Mein. H. Cr. p. 263; fr. Sann. ib. II p. 873; Schol. Ran. 153, 1437.

Fr. 199*a*. ἥκω Θεαρίωνος ἀρτοπώλιον
λιπών, ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἑδώλια.

Ex eodem Hecubae loco. Athen. III c. 78, p. 112: καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ καὶ Αἰολοσίκωνι· ἥκω κτέ. Dindorf, iure ut mihi videtur, suspicatur semel tantum hos versus scripsisse Aristophanem. Gerytadae eos tribuit. Eadem fere atque in Hecuba constructio invenitur Troad. 1, ἥκω λιπὼν Αἴγαιον ἁλμυρὸν βάθος, quam imitatus est Menander, Mein. IV p. 174, ἥκει λιπὼν Αἴγαιον ἁλμυρὸν βάθος, | Θεόφιλος ἡμῖν, deinde Eur. Electr. 1281, Bacch. 1, 661, fr. 1069.

Fr. 209. κυκνοβενθῆ. Est ἅπαξ λεγόμενον ad normam sermonis epici compositum. Neque κύκνος neque βένθος comicorum sunt; κυάνεος Xenarchus, Mein. III 614 in parodia.

Fr. 215. Ad Soph. El. 289 ὦ δύσθεον μίσημα, σοὶ μόνῃ πατὴρ | τέθνηκεν; Schol.: καὶ ταῦτα Ἀρ. παρῴδηκεν ἐν Γηρυτάδῃ. Verba Aristophanis non servata sunt.

Danaides.

Fr. 245. μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς ἑρκείου χύτρας. Ζηνὸς tragicum est.

Dramata sive Centaurus.

Fr. 261. ἀνοιγέτω τις δώματ'· αὐτὸς ἔρχεται.

Δώματα ab Ar. non nisi in parodia usurpatur, ut Ach. 479, 1072, Nub. 1159, Pac. 115, Thesm. 871. Cf. Hermippum, Mein. II p. 407.

Pax altera.

πόθεν τὸ φῖτυ; τί τὸ γένος; τίς ἡ σπορά;

Imitari videtur poeta versum Aeschyli ex Edonis, fr. 56, quem etiam Thesm. 135 tangit: ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή; Dindorf qui et hunc locum et alios omnes qui

ex altera Pace citantur aliis comoediis tribuit, vereor ne speciosius quam verius disputet. Alloquitur aliquis hominem qui herbis et frugibus ornatus in scenam prodibat. Coniecit Bergk Trygaeum allocutum esse Georgiam.

Heroes.

Fr. 289. E Schol. Thesm. 21 apparet Aristophanem in Heroibus versu Sophoclis *σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ* tamquam Euripideo usum esse.

Thesmophor. alterae.

Fr. 304. *Ἄμφοδον ἐχρῆν αὐτῷ τίθεσθαι τοὔνομα.*

Ludibrio habet Ar. studium nominum derivandorum cui et alii et Euripides indulserunt. In dramate Antiope docet hic nomen Amphionis ex *ἀμφὶ* et *ἰέναι* compositum esse, fr. 182, et Zethum nomen accepisse a *ζητεῖν*, fr. 181. Alibi non etymologiam quaerit Eur. sed nomen comparat cum fatis vel rebus gestis. Andromachen monet iure suum nomen habuisse quia *ἀνδρὶ μάχεται*, fr. 1079 et de Meleagro scribit *μελέαν γάρ ποτ' ἀγρεύεις ἄγραν*, fr. 521. Cf. Phoen. 1495, Troad. 990, Bacch. 508, Iph. Taur. 32, Or. 1635, fr. 781 vs. 12. A quo lusu neque Sophocles abstinuit, Ai. 430, neque Aeschylus, Sept. 829, Ag. 690, neque poeta Hymni Hom. in Panem 48, in Venerem 199 sq. Tangit eiusmodi etymologias Aristophanes Eq. 1257, fr. 324 et. Thesm. 1215 ubi lictor:

ὀρτῶς δέ τι συβίνη 'στί· καταβινῆσι γάρ.

Ita enim tragici loquuntur v. c. Aesch., Sept. 829, *οἳ δῆτ' ὀρθῶς κατ' ἐπωνυμίαν κτέ.*, Eur., Troad. 990, *καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς.*

Lemniae.

Fr. 324. *ἐνταῦθ' ἐτυράννευσεν Ὑψιπύλης πατήρ,*
Θόας, βράδιστος ὢν ἐν ἀνθρώποις δραμεῖν.

Vid. ad fr. 304. Tragicum *τάχιστος* scripsisse coniecit v. Herw.

Holcades.

Fr. 368. σπυρὶς οὐ μικρὰ καὶ καρυκὶς, ἡ καὶ τοὺς μάττοντας ἐγείρει.

Vid. ad Plut. 541.

Polyidus.

Fr. 390. τὸ γὰρ φοβεῖσθαι τὸν θάνατον λῆρος πολύς·
πᾶσιν γὰρ ἡμῖν τοῦτ' ὀφείλεται παθεῖν.

Soph. El. 1173 legitur πᾶσιν — παθεῖν. Eiecit hunc versum Bergk, cui non Sophoclis sed Euripidis e Polyido fuisse videtur, Annal. Zimmerm. 1835 p. 962. Ex eadem tragoedia fortasse prior versus, sententiam dico non verba, fluxit. In Euripidis Polyido de vita atque morte disputatum esse apparet e fr. 639 τίς οἶδεν κτέ. Cf. Ran. 1477. In Aristophanis Pol. Phaedram, Glauci sororem, prodisse docet fr. 389.

Tagenistae.

Fr. 426. χθονία δ' Ἑκάτη
σπείρας ὄφεων ἑλελιζομένη.

Dictio tragica. στεφανωσαμένη σπείραις δρακόντων Soph. fr. 480.

Phoenissae.

Fr. 470. στίλβη θ' ἡ κατὰ νύκτα μοι
φλόγ' ἀνασειράζεις ἐπὶ τῷ
λυχνείῳ

Eur. Phoen. 236. οἴνα θ' ἃ καθημέριον | στάζεις τὸν πολύκαρπον οἰ | νάνθας ἱεῖσα βότρυν.

Fr. 471. εἰς Οἰδίπου δὲ παῖδε, διπτύχω κόρω
Ἄρης κατέσκηψ' ἔς τε μονομάχου πάλης
ἀγῶνα νῦν ἑστᾶσιν.

Eandem Ar. quam Euripides historiam in Phoenissis tractavit. Valck. contulit Eur. Phoen. 1359 sqq. Cf. etiam 1243 sqq., 1273.

Horae.

Fr. 484. ζεῦγος τρίδουλον. Ut ζεῦγος τριπάρθενον Eur. fr. Erechth. 359.

Ex incertis comoediis.

Fr. 494. *ἐκφέρετε πεύκας κατ' Ἀγάθωνα φωσφόρους.*

Agatho igitur *πεῦκαι φωσφόροι* dixerat. At quare hanc dictionem in memoriam revocet Ar. non intellego. Quamquam enim *φωσφόρος* melius siderum vel deorum dearumque nominibus iungitur, *πεύκη φωσφόρος* nihil habet quod miremur.

Fr. 497. *αἰσχρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ.*

Vid. ad Thesm. 413. Pro *αἰσχρὸν* Dind. *πικρὸν* vel *ἐχθρόν.*

Fr. 506. *ὀξυγλύκειάν τ'. ἄρα κοκκιεῖς ῥόαν.*

Pollux VI 80 *τοῦτι δὲ τὸ ἰαμβεῖον Ἀριστ. οὐκ ἴδιον ὃν εἴρηκεν ἀλλ' ὡς Αἰσχύλου.* D.

Fr. 525. *ἴκτινα παντόφθαλμον ἅρπαγα τρέφων.*

Loquendi genus et numeri tragica.

Fr. 533. *ἄκων κτενῶ σε, τέκνον, ὁ δ' ἀπεκρίνατο,*
ἐπὶ Παλλαδίῳ τἄρ', ὦ πάτερ, δώσεις δίκην.

Verba *ἄκων — τέκνον* e tragoedia manasse docent producta syllaba in *τέκνον* et verbum *κτενῶ*, Cob. N. L. p. 29.

Fr. 535. *καὶ κύων ἀκράχολος*
Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου γενήσομαι.

Eur. fr. 959 *Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσει.* De Hecuba Euripides haec scripsit, cf. Hec. 1265 *κύων γενήσει πύρσ' ἔχουσα δέργματα.* In quonam vero dramate scripserit nescimus. In deperditis, quorum fragmenta supersunt, nullum reperio in qua Hecubae partes fuerint. Fortasse ad Troades referenda sunt aut ad aliud drama quod cum Troadibus coaluit. Cf. Epimetrum II.

Fr. 551. *ἀλλ' ὦ Δελφῶν πλείστας ἀκονῶν*
Φοῖβε μαχαίρας
καὶ προδιδάσκων τοὺς σοὺς προπόλους.

Delphorum incolae ob magnum sacrificiorum numerum tamquam coqui et *καρυκοποιοὶ* ridebantur. Cf. Dind. a. h. l. De origine huius loci nihil notum est.

Fr. 557. *τίς ὄρεα βαθύκομα τάδ' ἐπέσυτο βροτῶν;*

Verba tragica. Ἐπέσυτο Eur. Phoen. 1065 et Hel. 1162.

Fr. 560. *τί γὰρ ἐπὶ κακότροπον ἐμόλετον βίον*
ἀδικομηχάνῳ τέχνῃ;

Numeri et verba tragica. De *μολεῖν* v. a. Lys. 742. Brevis syllaba in fine dochmii defenditur Soph. Oed. Tyr. 1340, Ai. 394.

Fr. 577. *ἀκύμων θάλασσα.*

Phryn. Bekk. p. 6, 2 ap. D. *Εὐριπίδης ἐπὶ τοῦ μὴ γεννᾶν τέθεικεν ..... ὡσαύτως καὶ Ἀριστοφάνης.*

Fr..... Apud Aristidem, *Ῥώμης ἐγκώμιον* I p. 321 legitur *ποιητὴς μὲν οὖν ἤδη τις εἶπε σκώψας*
εὔξασθαι κατὰ χρυσόκερω λιβανωτοῦ.

Arbitratur Cob. V. L. ed. II, p. 400 in his verbis latere iocosum dictum Aristophanis. „Scilicet *παρῴδηται τοῦτο παρὰ* „*τὸν χρυσόκερων ταῦρον* vel *βοῦν,* quam divites immolabant."

EPIMETRUM I.

Argumenta tragoediarum in Hygino.

(vid. p. 8).

Novissimus fabularum Hygini editor, M. Schmidt, haec scribit p. XL: „extitisse aevo Dosithei temporibus non ad„modum antiquiore virum doctum aliquem, qui Hygini nar„rationem locupletiorem eamque continentem et indiscretam „non solum in brevius cogeret, sed etiam per membra sepa„ratam misere concideret. quo in negotio cum sedulo caveret, „ne singulorum membrorum mensura argumentorum tragico„rum finem modumque transiret, atque adeo singulas fabulas „nominibus e tragoedia petitis inscriberet, *evenit ut erroris „admodum ridiculi parens fieret. nempe fuerunt, neque etiam„nunc desunt, qui Hygini opusculi partem haud exiguam e tra„gicarum fabularum argumentis esse conflatam ariolati sunt,* „opinioni suae ipsum favere Hyginum arbitrati, c. III et „VIII ad Inonem Antiopamque Euripideas provocantem. qua „in re accidit iis, ut testes adhiberent ad hoc ipsum quod „probare vellent, refellendum accommodatissimos, cum non in„tellexissent, utrumque caput, vel propter stili differentiam „Hygino abiudicari interpolatorique attribui debere, at non „vacat hoc longius prosequi." Si autem cum hisce componimus quae in editione sua annotavit, apparet Schmidtio per-

suasum esse Hygini fabulas non inter fontes esse habendas ubi in argumenta tragoediarum Graecarum inquiramus.

Non parvi habenda est opinio viri docti optime de Hygino meriti, neque silentio eam praetermittere licet. Itaque argumenta afferam, quibus probare conabor eum hac in re verum non vidisse.

Verum quidem est Hyginum (ut hoc nomine utar) saepissime narrationes tradidisse quas e tragoediarum argumentis non petivit, at nonnulla tamen argumenta in eius fabulis servata esse non pauca sunt indicia.

1. Nisi omnia me fallunt, tragoedia Euripidis, Telephus, ut ad Ach. 317 sqq. et Thesm. 692 demonstrare conatus sum, ita cum fab. 101 conspirat, ut vix dubium sit quin scriptor aut argumentum noverit aut e fonte inde derivato hauserit. Imo Hygini verba „*quam* (hastam) *cum rasissent*" vix intellegi possunt nisi cum ipsius tragoediae versu conferuntur, fr. 725: *πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασιν.*

2. In fab. 19, Phineus inscripta, de qua egi ad Plut. 635, tragoediae vestigium relictum est in „*Harpyias, quae Iovis canes esse dicuntur.*" Ζηνὸς κύνες (i. e. *γρῦπες*) Aesch. Prom. 803; *μεγάλας θεοῦ κύων* Pind. fr. 73; Ἡφαίστου *κύνες* Alexis, Mein. III p. 452, Eubulus, ib. p. 242; uterque in parodia.

3. Fab. 136 haec habet: „*Glaucus Minois et Pasiphaae filius dum ludit pila, cecidit in dolium melle plenum quem cum parentes quaererent Apollinem sciscitati sunt de puero. Quibus Apollo respondit: monstrum vobis natum est; quod si quis solverit, puerum vobis restituet. Minos, sorte audita, coepit monstrum a suis quaerere, cui dixerunt natum esse vitulum, qui ter in die colorem mutaret per quaternas horas, primum album secundo rubeum deinde nigrum. Minos autem ad monstrum solvendum augures convocavit. qui cum non invenirent Polyidus Coerani filius Bizanti (?) monstrum demonstravit, eum arbori moro similem esse; nam primum album est, deinde rubrum, cum permaturuit nigrum. tunc Minos ait ei: „ex Apollinis responso filium mihi oportet restituas." Quod Polyidus dum auguratur, vidit noctuam super cellam vinariam sedentem atque apes fu-*

gantem: augurio accepto puerum exanimem de dolio eduxit. cui Minos ait: „corpore invento nunc spiritum restitue." Quod Polyidus cum negaret posse fieri, Minos iubet cum puero in monumento includi et gladium poni. qui cum inclusi essent, draco repente ad corpus pueri processit, quod Polyidus existimans eum velle consumere, gladio repente percussit et occidit. altera serpens parem quaerens, vidit eam interfectam et progressa herbam attulit atque eius tactu serpenti spiritum restituit; idemque Polyidus fecit. qui cum intus vociferarentur, quidam praeteriens Minoi nuntiavit, qui monumentum iussit aperiri et filium incolumem recuperavit, Polyidum cum multis muneribus in patriam remisit.

Hisce autem compone Schol. Arist. p. 728 ap. Dind. fr. Pol. *Πολύειδος πεποίηται δρᾶμα* Εὐριπίδῃ, *ἐν ᾧ βοῦν τρίχρωμον πσιεῖ εὑρῆσθαι*, et inprimis Aelian. N. An. V. 2 ib. *ἐν τῇ* Κρήτῃ *γλαῦκα μὴ γίνεσθαί φασι τὸ παράπαν . . . . , ἔοικε δὲ ὁ* Εὐρ. *ἀβχσανίστως πεποιηκέναι τὸν* Πολύειδον *ὁρῶντα τήνδε τὴν ὄρνιν καὶ ἐξ αὐτῆς τεκμηράμενον ὅτι εὑρήσει καὶ τὸν* Γλαῦκον *τὸν τεθνεῶτα τοῦ* Μίνω *τὸν υἱόν.*

Ex his testimoniis qui efficiat scriptorem fabulae argumentum dramatis Euripidei novisse, minime, opinor, temere agere censendus est.

4. Fab. 120 fata Iphigeniae in Tauris narrantur: „*Orestem matris furiae cum exagitarent Delphos sciscitatum est profectus quis tandem modus esset aerumnarum, responsum est ut in terram Tauricam ad regem Thoantem patrem Hypsipyles iret indeque de templo Dianae signum Argos afferret, tunc finem fore malorum, sorte audita cum Pylade Strophii filio sodale suo navem conscendit, celeriterque ad Tauros devenerunt, quorum fuit institutum ut qui intra fines eorum hospes venisset templo Dianae immolaretur. ubi Orestes et Pylades cum in spelunca se tutarentur et occasionem captarent, a pastoribus deprehensi ad regem Thoantem sunt deducti. quos Thoas suo more vinctos in templum Dianae ut immolarentur duci iussit, ubi Iphigenia Orestis soror fuit sacerdos. eosque ex signis atque argumentis qui essent quid venissent postquam resciit, abiectis ministeriis ipsa coepit signum Dianae avellere. quo rex cum intervenisset et rogitaret cur id faceret, illa ementita est dicitque eos scelera-*

tos signum contaminasse; quod impii et scelerati homines in templum essent adducti, signum expiandum ad mare ferre oportere, et iubere eum interdicere civibus ne quis eorum extra urbem exiret. rex sacerdoti dicto audiens fuit. occasione Iphigenia nacta signo sublato cum fratre Oreste et Pylade in navem ascendit."

Cum hac fabula tragoedia Euripidea mire conspirat vel in rebus minoris momenti; *signa* enim et *argumenta* reperiuntur vss. 808 sqq.

5. Fabula 54 de Thetide agit:

Thetidi Nereidi fatum fuit, qui ex ea natus esset fortiorem fore quam patrem. Hoc praeter Prometheum cum sciret nemo et Iovis vellet cum ea concumbere, Prometheus Iovi pollicetur se eum praemoniturum, si se vinculis liberasset. cet." Hanc Hygini narrationem e tragoedia Aeschyli derivatam esse patet ex acutissima disputatione Weckleinii, Studien zu Aesch. 1872, p. 23 sqq., qui probat Prometheum futurorum praesagum Iovique ea aperientem proprium fuisse Aeschyli.

Vetus erat traditio quam servavit Pindarus, Isthm. VIII 60 sqq., Iovem et Neptunum cum Thetide concumbere voluisse, *Themidem* autem eos praemonuisse ne facerent. Praeterea, ut tradit Hesiodus, Prometheus non Themidis sed Clymenes filius fuit.

Mutavit haec et ad suum usum adaptavit Aeschylus. Themidis partes tribuit Prometheo (Prom. 907 sqq. non Themis sed Prometheus quae futura sint aperire pollicetur), et ut verisimile fiat eum arcana cognovisse, filium Themidis eum fuisse fingit. Totam Weckleinii disputationem exponere longum est, legenti vero luce clarius fit historiam Promethei, quam exhibet tragoedia, uni deberi Aeschylo et verum esse quod p. 26 legitur: „so ist . . . . . erwiesen dass die Darstel-„lung des Hygin, fab. 54, ganz auf die Tragoedie des Aeschy-„lus zurückgeht."

6. Fab. 186 legitur: „*Melanippen Desmontis filiam (sive Aeoli ut alii poetae dicunt) formosissimam Neptunus compressit, ex qua procreavit filios duos. quod cum Desmontes rescisset Melanippen excaecavit et in munimento conclusit, cet.*" De „*Melanippe Desmontis filia*" e „Μελανίππη δεσμῶτις" orto vid.

Epim. III. Recte Lange ap. Schm. a. h. l.: „ceterum hac „narratione argumentum fabulae tragicae, fortassis Melanip-„pes desmotidis Euripideae contineri ex verbis primo capiti „illatis „*ut alii poetae dicunt*" apparet.

7. Fabula 4 inscribitur Ino Euripidis. Hanc spuriam esse existimant Bursian et Schmidt neque nego eam non eiusdem esse manus cuius sunt fab. 1—3; attamen apparet ex ipsa hac interpolatione, inter eos qui Hygini fabulas retractaverint fuisse aliquem cui veterum dramatum argumenta nota essent.

8. Ad fabulam 8 non provocandum esse ad rem de qua agimus diiudicandam Schmidtio libenter concedo, quin etiam concederem si probari posset eam genuinam esse [1]). Ut vidimus pag. 199, Schmidt fab. 8 interpolatori reddendam esse statuit quia post fab. 7 ferri nequit. Non tamen, me quidem iudice, hac observatione quaestio absoluta est cum in ipsa fab. 7 vestigia argumenti Euripidei reperiantur. Haec habet: „*Antiope Nyctei filia ab Epopeo per dolum est stuprata: itaque a Lyco viro suo eiecta est. Hanc viduam Iupiter compressit. At Lycus Dircen in matrimonium duxit, cui suspicio incidit virum suum clam cum Antiopa concubuisse: itaque imperavit famulis ut eam in tenebris vinctam clauderent. Cui postquam partus instabat, effugit ex vinculis*

---

[1]) Fabulae VIII titulus est „Eadem (i. e. Antiopa) Euripidis quam scribit „Ennius"; continet igitur argumentum Antiopae non Euripidis sed Ennii. Qui in plerisque Enripidem imitatus esse videtur, in nonnullis ab eo discedit, ut apparet e tragoediae exitu. Ennius haec finxit: „*Dircen ad taurum crinibus religatam necant. Lycum cum occidere vellent, vetuit eos Mercurius et simul iussit Lycum concedere regnum Amphioni.*" Euripides contra fr. 225:

Ζῆθον μὲν ἐλθεῖν ἁγνὸν ἐς Θήβης πέδον
οἰκεῖν κελεύω, τὸν δὲ μουσικώτατον
κλεινὰς 'Αθήνας ἐκπερᾶν 'Αμφίονα

Pro ἐλθεῖν Jacobs ἐλθόνθ', Mein. ἐνθένδ' vel ἔνθεν.

Sponte intellegitur hoc exitu, qui tragoediae Athenis doctae aptissimus erat, tragicum Latinum uti non potuisse.

Eadem ac fab. VIII habet Schol. Ap. Rhod. IV 1090: *οἱ δὲ ..... τὴν δὲ Δίρκην ἐξ ἀγρίου ταύρου προσδήσαντες διαφθείρουσι. μεταπεμψάμενοι δὲ τὸν Λύκον, ὡς ἐκδώσοντες τὴν 'Αντιόπην, σφάττειν ἔμελλον. 'Ερμῆς δὲ ἐκώλυσε, τῷ Λύκῳ δὲ ἐκχωρεῖν τῆς βασιλείας προσέταξεν.* Hausit ex eodem fonte ac scriptor fabulae VIII.

Ioris voluntate in montem Cithaeronem: cumque partus premeret et quaereret ubi pareret, dolor eam in ipso bivio coegit partum edere. quos pastores pro suis educarunt et appellarunt Zethon ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον, alterum autem Amphionem ὅτι ἐν διόδῳ ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν [1]) *αὐτὸν ἔτεκεν id est quoniam in bivio eum edidit. Qui postquam matrem agnoverunt Dircen ad taurum indomitum deligatam vita privarunt. Ex cuius cruore in monte Cithaerone fons est natus, qui Dircaeus est appellatus, beneficio Liberi, quod eius baccha fuerat.*

Mutila est haec fabula. Excidit ante „*quos pastores cet.*" Antiopam peperisse geminos; alia exciderunt ante „*Qui postquam matrem agnoverunt,*" aut post haec verba, quod Schmidtio videtur. Ipsum Euripideae Antiopae argumentum in hac fabula nobis servatum esse, quod suspicatus est Valck. Diatr. p. 60, affirmare minime ausim, sed scriptorem hoc argumentum cognitum habuisse ex Euripidea nominum etymologia palam fit.

EPIMETRUM II.

De Troadibus Euripidis.

(vid. p. 63).

Ad Vesp. 1326 annotavi Troades Euripidis mihi videri non unam esse tragoediam sed e duabus constare. Quam ut fir-

---

[1]) Emendandi viam monstravit Schmidt, *ἤτοι ἀμφόδῳ* coniciens pro corruptis *ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδόν*. Sed neque hac coniectura verba „*Amphionem ὅτι ἐν διόδῳ κτλ.* sanantur. Suspicor duas hic copulatas esse lectiones: *διόδῳ* et *ἀμφόδῳ*, et hanc fuisse genuinam, illam interpretationis causae postea additam esse, ita ut legendum sit: *Amphionem ὅτι ἐν ἀμφόδῳ id est quoniam cet.* Hesych. in voc. *ἀμφ. ῥῦμαι, ἀγυιαὶ, δίοδοι.* Suid. *ἄμφοδον. δίοδον, ῥύμην.*

mem coniecturam argumenta afferam ex quibus appareat multas huius tragoediae partes non cohaerere, nonnullas tam dispares esse ut inter se ne conciliari quidem possint.

1. Προλογίζει Neptunus Troiae a Graecis captae infortunium miserans. Exponit quae facta sint, Troianas captivas intus proximam domum coactas esse et mulierem, quae in scena conspicua erat foris iacens, miseram esse Hecubam, vs. 36—44 [1]). Intervenit Minerva. Profitetur se sententiam mutasse, odiumque quo in Troianos flagrasset deposuisse et Graecis mala moliri vs. 65,

τοὺς μὲν πρὶν ἐχθροὺς Τρῶας εὐφρᾶναι θέλω,
στρατῷ δ' Ἀχαιῶν νόστον ἐμβαλεῖν πικρόν.

Causam huius consilii quaerit Neptunus et rogat quid factura sit, cui illa iterum vs. 75:

δύστηνον αὐτοῖς νόστον ἐμβαλεῖν θέλω.

Neptunus Minervae consilium probat, digrediuntur omnia paraturi quibus infaustum reddant reditum Graecorum, procellas, fulmina. At diras iactati minas nihil peragunt.

Reputemus verba quibus perorat Neptunus:

μῶρος δὲ θνητῶν ὅστις ἐκπορθῶν πόλεις
. . . . αὐτὸς ὤλεθ' ὕστερον.

In dramate tali prologo instructo de Graecorum post Troiam captam infortuniis sermo saltem fiat necesse est. Inter se opponi debent superbia victorum et deorum iustitia. At haec omnia in Troadibus ne verbo quidem attinguntur; in transitu canit Casandra errores Ulyssis, sed finem dramatis facit incendium urbis; triumphantes et superbientes abeunt Graecorum reges, poenas superbiae dant nullas.

Neque poenis in hoc dramate locus est. Fuerunt qui arbi-

---

[1]) Hos versus legentes expectamus fore ut post vs. 47 caput sublevet regina et loqui ordiatur. Hanc enim legem in omnibus quae supersunt tragoediis sequitur Euripides ut is qui adveniat aut iam in scena adsit, simulac quis sit narratum est vel potius simulac ille qui narravit finem dicendi fecit, prodeat et verba facere incipiat. Vid. v. c. Alc. 24, 29, Hippol. 53, 58, Herc. fur. 14, 64. Unae Troades ab hac lege recedunt. Quod tamen non urgeo, cum tot Euripidis fabulae perierint de quarum compositione nihil traditum sit. Fortasse in Troadibus Aeschyli exemplum secutus est de quo vid. ad. Ran. 834.

trarentur in fine tragoediae conspicuum fuisse velum aut tabulam in qua infausta Graecorum navigatio depicta fuisset, sed infelicissima usi coniectura. Totus enim est poeta in malis quibus Troia Troiadesque mulieres afficiuntur describendis. Post mactatam Polyxenam, necatum Astyanactem, abductam Andromacham, in eo est Hecuba ut Ulyssis navem escendat. Sepelitur infelix Hectoris filius: adveniunt Graecorum milites faces ardentes manu gestantes urbem incendio vastaturi; auditur strepitus ruentis urbis et postrema tragoediae verba sunt miserantis chori

ἰὼ τάλαινα πόλις.

Quae cum ita exeant et optime exeant, quis tam ineptum fuisse poetam iudicet ut alterum exitum insuper addidisset!

Apparet igitur tragoediae exitum prologo non congruere.

2. Deinde habet quod offendat episodium 860—1059, quod tam parum cum praecedentibus et sequentibus cohaeret ut si abesset, nihil desideraretur.

Prodit in scenam Menelaus [1]) qui profitetur se Μενέλαον εἶναι καὶ στράτευμ' Ἀχαιικόν et cum Hecuba colloquitur, quam tamen, nisi adscriptum esset nomen, non agnosceremus. Quam enim loquentem audimus et philosophicas fundentem preces non misera illa est regina calamitatibus fracta sed plane alia. Hoc tamen non urgeo. Talia interdum non curat Euripides ut videre est e tragoedia Oreste, cuius in nobili initio — 315 Clytaemnestrae filius aegrotat a furiis exagitatus, mox vero aegritudinis et furiarum oblitus atrocem se gerit sicarium et cum sorore, quam Pyladi minime invidemus, Helenae

---

[1]) Observandum est versus chori desiderari quibus Menelai adventus nuntietur, quod tamen in quaestione de Troadum compositione argumentum esse nequit, quia et alibi, quamquam in tanto personarum numero raro (quinquies ni fallor), idem accidit. Ipsi qui sint narrant, adstante qui narrare potuisset choro, Jason (Med. 447), Menelaus (Andr. 309), Theoclymenus (Hel. 1165), Tiresias (Bacch. 170), Achilles (Iph. Aul. 801). Alios praetereo v. c. Menelaum, Hel. 386, cuius adventum nuntiare non potuit chorus, quia ex orchestra et scena abierat, aut Dianam, Hipp. 1282, quae improvisa venit et nemini ignota erat, aut servos, quos nominari non opus erat quia a theatro e vestitu et habitu facile agnosci poterant.

et Hermionae vitae insidiatur, non antea sed tum revera insaniens.

Verum gravior oritur dubitatio singula perpendenti. Negat Menelaus se in animo habere Helenam statim interficere, vs. 876:

ἐμοὶ δ' ἔδοξε τὸν μὲν ἐν Τροίᾳ μόρον
Ἑλένης ἐᾶσαι, ναυπόρῳ δ' ἄγειν πλάτῃ
Ἑλληνίδ' ἐς γῆν, κᾆτ' ἐκεῖ δοῦναι κτανεῖν.

Vs. 905 contra profitetur:

οὐκ ἐς λόγους ἐλήλυθ' ἀλλά σε κτενῶν.

i. e. *statim te necaturus*, ut e verbis Hecubae, vs. 906 sqq., et ipsius Menelai, vs. 1039, lucide apparet. At dicat aliquis haec facile explicari posse si statuimus Menelaum, ut Helenam terreret, saevitiam simulasse. Cui respondeo me mihi persuadere non posse tam stolidum fuisse Euripidem ut, si tale quid sibi proposuisset, iam ab initio, vs. 876, spectatores certiores fecisset Menelaum non serio locuturum esse et totum Helenae et Menelai colloquium nihil esse nisi lusum. Hac agendi ratione totius scenae nervum quasi intercidi nemo non videt. Praeterea nihili esse cum philosophae Hecubae disputationem tum formosae Helenae preces, si nihil aliud consequantur quam quod iam dudum toto notum esset theatro:

ἐλθοῦσα δ' Ἄργος ὥσπερ ἀξία κακῶς
κακὴ θανεῖται. vs. 1055.

De isto Menelao ne exclamet Hecuba: οὐκ ἔστ' ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. An illam spes fefellerat? Quid tandem speraverat? Menelaum uxorem statim interfecturum esse? At audiverat eum hoc se intendere negantem, vs. 876. Rogat eum ut uxori dicendi copiam faciat antequam trucidet, vs. 906. At sciebat eum dilaturum esse supplicium donec in Graeciam rediissent. Denique si relegimus vs. 890 sqq. unde apparet Hecubam Menelai verba audivisse, oritur quaestio quonam modo fieri potuerit ut vs. 890 id ipsum laudaret (αἰνῶ σε, Μεν.) quod vs. 1044 sqq. improbavit. Neque minus est mirandum Menelaum vss. 1036 sqq., quibus choro respondet, plane oblitum esse quod vs. 876 sqq. in animo habuisset.

Ne multa: Versus 890—1059 cum praecedentibus nullo pacto conciliari possunt.

3. Superest ut versus inter se comparemus in quibus de incendio Troiae agitur.

Iam initio tragoediae urbs ardet: 8 πόλει ἣ νῦν καπνοῦται, 60 εἰς οἶκτον ἦλθες πυρὶ κατῃθαλωμένης, 145 τύφεται Ἴλιον, 586 πόλεος ἃ καπνοῦται, 825 ἁ δέ σε γειναμένα πυρὶ δαίεται. 1079 ἐμᾶς πόλεος ὀλομένας | ἂν πυρὸς αἰθομένα κατέλυσεν ὁρμά.

Hisce compone quae leguntur 1256 sqq. Novi quid et inauditi reginae oculis obicitur:

> τίνας . . . .
> λεύσσω φλογέας δαλοῖσι χέρας
> διερέσσοντας; μέλλει Τροίᾳ
> καινόν τι κακὸν προσέσεσθαι.

Adveniunt milites, mandata exsequuntur, et nunc nondum incensam urbem ignis vastat, vss. 1279, 1296, 1318, 1320, 1325. Rerum testimonia adsunt. Talia neque Euripides neque alius poeta sana mente praeditus coniungere potuit.

Iam dixi quod sentio. Duae tragoediae in unam coaluerunt, i. e. ab aliquo diasceuasta consutae sunt, quod iam antiquissimis temporibus factum esse necesse est.

Sine dubio ille plurima mutavit ut disiecta fabularum membra utcunque connecteret, prologum fortasse et vss. 860—883; certa vero haec videntur: I. In genuino Troadum dramate non legebantur vss. 1256 usque ad finem. II. Non sunt eiusdem dramatis vss. 860—883 et 890—1059. Hi versus fragmentum esse videntur maioris episodii, in quo Menelaus prodibat non saevitiam simulans sed perfidae uxoris scelus revera sua ipsius ulturus manu, qui tamen ut dixit Lampito, Lys. 155, τᾶς Ἑλένας τὰ μᾶλα γυμνᾶς παρκϊδών, ἐξέβαλε τὸ ξίφος.

Quaenam autem tragoedia cum Troadibus coaluerit coniectura assequi non queo.

Quae exposui alio eiusdem contaminationis exemplo illustrari possunt. Idem enim quod Troadibus, nisi fallor, accidit Phoenissis, de quibus pauca addere liceat.

Iam Hartung, Eur. restitut. I p. 423 suspicatus est Phoen.

1748—1757 eo migravisse ex Euripidis Antigone, neque negari potest hos versus cum proximis minime cohaerere.

Inde a vs. 1683 Oedipus Antigonam revocare conatur a proposito quod 1679 aperuerat: *ξυμφεύξομαι τῷδ' ἀθλιωτάτῳ πατρί*, sed frustra; parat proficisci et filiae se committit, quae caeco dux erit, 1714: *ἰδού, πορεύομαι, τέκνον· | σύ μοι ποδαγὸς ἀθλία* (l. *ἀθλίῳ*) *γενοῦ*.

Nonne igitur magnopere mirandum est Oedipodem vs. 1748 sqq. iterum filiam dissuadere ne secum in exilium abeat, perinde ac si nihil adhuc hac de re dixisset? Nonne magis etiam mirandum, imo ineptum est colloquio finem facere Antigonam interrogatione 1753 sqq. *Καδμείαν — διδοῦσα;*? Recte Schol. 1752: *ἄδηλον δὲ πρὸς τί ποτε φησὶν αὐτὴν τοὺς θεοὺς ἀξιοῦν καὶ μάλιστα τὸν Διόνυσον. ὁ δὲ χόρος ἀσυμπαθής, παρθένον οὕτως ἀτυχῶς φεύγουσαν μὴ οἰκτιζόμενος.*

Plura insunt huic postremae Phoenissarum scenae, quae legentem offendant. Ut de aliis taceam, vide qualem finxerit poeta Antigonam. Si vss. 1644—1659 legimus, magnanimam et intrepidam admiramur virginem, quae, ira incensa ob iniquum Creontis iussum, praedicat se invitis omnibus fratri iusta esse facturam, vs. 1647:

ἄφρονά γε, καὶ σὺ μῶρος,' ὃς ἐπίθου τάδε.

et 1657:

ἐγώ σφε θάψω κἂν ἀπεννέπῃ πόλις.

Versu 1665 sqq. contra eandem moestam videmus, supplicem, regis iram deprecantem:

ναὶ πρός σε τῆσδε μητρὸς Ἰοκάστης, Κρέον.

Dicas Antigonam tandem Creontis minis esse perterritam, humanum esse nimis intentas animi vires frangi atque in tristitiam et lacrymas abire; at vs. 1746 inspiciens senties virginem minime terrore affectam fuisse, eandem quae 1644—1659 locuta erat audies exclamantem:

..... ὅν, εἴ με καὶ θανεῖν, πάτερ, χρεών,
σκότια γᾷ καλύψω.

Gravius accedit argumentum. Profitetur Antigone vs. 1679 sqq. se cum patre in exilium abituram esse et mori constituisse, *ξυμφεύξομαι ..... καὶ ξυνθανοῦμαι*. Patrem miserum,

caecum non vult deserere: 1684 ἀλλ' εἰ γαμοίμην, σὺ δὲ μόνος φεύγοις, πάτερ; 1686 καὶ τίς σε τυφλὸν ὄντα θεραπεύσει, πάτερ; Neque a proposito desistit pia filia, parat ire et senem manu ducit, vs. 1720: τᾷδε τᾷδε βᾶθί μοι, τᾷδε τᾷδε πόδα τίθει.

Sed longe alio spectat vs. 1657 sqq. ubi:

ἐγώ σφε θάψω κἂν ἀπεννέπῃ πόλις.

vs. 1659, ubi Creonti mortem minitanti respondet:

ἀλλ' εὐκλεές τοι δύο φίλω κεῖσθαι πέλας.

et inprimis 1746:

ὃν εἴ με — καλύψω, quae, quod tenendum est, exclamat cum iam in eo est ut cum patre Athenas proficiscatur. Num duo haec simul perficere poterat: patrem Athenas ducere et domi manere ut fratrem sepeliret? Non fugit scholiastam duplicem hic subesse narrationem, cum ad vs. 1692 annotaret: Οὐ τηρεῖ τὸ σύμφωνον..... πῶς γὰρ θάψει ἡ 'Αντιγόνη τὸν Πολυνείκην αὐτὴ συμφεύγουσα τῷ πατρί; πλεονάζει δὲ τούτῳ τῷ εἴδει Εὐριπίδης. Cf. ad. vs. 1710.

Non temere, opinor, statuimus hic aeque ac in Troadibus duas fabulas contextas esse, quarum altera de Antigone fratrem sepelienti, altera de eius exilio ageret.

Si vera sunt quae disputavi, a Phoenissis separanda sunt:

I. Colloquium Creontis et Antigonae usque ad vs. 1660, quod tamen certis circumscribere finibus difficile est. Omnia quidem bene procedunt si secludimus vss. 1639—1660, sed plura fortasse in vicinis turbata sunt, neque de interpolatione sed de fabulae retractatione est cogitandum. Movent me vss. 1643 sqq.

ἀτὰρ σ' ἐρωτῶ τὸν νεωστὶ κοίρανον,
τί τόνδ' ὑβρίζεις πατέρ' ἀποστέλλων χθονός;
τί θεσμοποιεῖς ἐπὶ ταλαιπώρῳ νεκρῷ;

Duas habemus interrogationes; ad priorem non respondet Creon et spuriam eam existimarunt Valckenarius et plerique interpretes. Firnhaberum, qui Valckenario occurrit, multis ex Euripide collectis exemplis interrogationum ad quas non respondeatur, refutavit Geel. a. h. l. Neque dubium est lectionem codicum non ab Euripide profectam esss. Probabilem vero causam talis interpolationis nemo, quod sciam, attulit.

Fortasse hoc ipso loco incidimus in iuncturam male consutarum fabularum pertinuitque versus 1644, qui ab editoribus eicitur, ad Phoenissas, vs. 1645 contra, qui cum sequentibus cohaeret, ad alteram fabulam.

II. Colloquium Antigonae et Oedipodis 1744—1757. De 1746 sqq. iam dixi. Praeterea non omittendum est vs. 1744 praecedenti non apte cohaerere. Subito transit Antigone ad fratris necem, oblita quae vs. 1743 affirmaverat. Gloriam enim de qua loquitur adipisci non poterat si fratrem sepelire sibi proponeret. Iam antiquitus conati sunt interpretes versum 1744 praecedenti quodammodo adaptare. In omnibus codicibus legitur:

τάλαιν' ἐγὼ ξυγγόνου θ' ὑβρισμάτων

quae vera lectio esse nequit. Ut aliquis evaderet nexus, nonnulli praeeunte scholiasta coniecerunt: *ἐγὼ σοῦ ξυγγ.*, Nauck *ἐμῶν ξυγγ.*, sed neutra coniectura difficultatem tollit. Deinde suspecti sunt vss. 1758 sqq. Duo priores *ὦ πάτρας — ἀνήρ* e Valckenarii sententia huc illati sunt e Sophoclis Oed. Tyr. 1524 sq., et vs. 1761, *νῦν ἄτιμος αὐτὸς οἰκτρὸς ἐξελαύνομαι χθονός*, refert vsm. 627, *ὡς ἄτιμος οἰκτρὰ πάσχων ἐξελαύνομαι χθονός*, verba Polynicis patriam relinquentis. Videntur vss. 1758 sqq. additi esse ab eo qui Phoenissas retractaverit.

His expositis non praetermittendum est argumentum quod totum quod exstruxi aedificium labefactare videtur, ex Aeschyli Sept. a. Theb. petitum. Aperte hanc tragoediam imitatur Euripides, in ea autem eadem fere profitetur Antigone quae Euripidis Phoenissis abiudicavi. (Sept. 1026 sqq. Phoen. 1645 sqq.) Gravissimum est, non infitior, hoc argumentum et diu consideravi an fortasse aliam aperire possem interpretandi viam, verum nullam inveni et omnibus perpensis sententia non desisto. Potuit Euripides in Phoenissarum fine Aeschylum non imitari quamquam in multis ab eo pendet, non potuit scribere quae a sana ratione abhorrent, non potuit Antigonen fingere uno fere tenore praedicantem *se cum patre vivere et mori constituisse* et *periculum capitis se velle adire fratris causa*. Ut tandem revertar unde profectus sum: magnam veri speciem habet opinio Hartungii, in Phoenissas nonnulla ex Euri-

pidis Antigone migrasse; cui non tantum vss. 1748—1757, de quibus ille disputavit, sed etiam alios quos notavi reddere velim. Huic enim tragoediae idem fere ac Sophocleae fuisse argumentum, quod negavit Welcker, Gr. trag. II p. 564 sqq., testimoniis Argum. Soph. Ant. et Schol. Ant. 1350 demonstravit Wagner. Fr. G. fragm. II p. 82 sqq.

EPIMETRUM III.

Graeca in Hygino.

(vid. p. 71).

Fab. 57 legitur: „*Bellerophon cum ad Proetum regem exul in hospitium venisset adamatus est ab uxore eius Stheneboea. qui cum concumbere cum ea noluisset, illa viro suo mentita est se ab eo compellatam. At Proetus re audita conscripsit tabellas de ea re et mittit eum ad Iobaten regem patrem Stheneboeae. quibus lectis talem virum interficere noluit sed ad Chimaeram eum interficiendum misit, quae tripartito (corpore* addit Schm.) *ore flammam spirare dicebatur. idem* (? Schm.) *prima leo postrema draco media ipsa Chimaera. Hanc super Pegasum sedens interfecit et decidisse dicitur in campos Aleios. unde etiam coxas eiecisse dicitur. At rex virtutes eius laudans alteram filiam dedit ei in matrimonium. Stheneboea re audita ipsa se interfecit.*"

Mira Latinitas illius *coxas eiecisse* neminem fugiet. Diu in hisce verbis haesi, donec animadverti ea non Latina esse sed Graeca. Ἐκβάλλειν valet *ἐξαρθρεῖν*, *luxare*, cf. Hippocr. de artic. p. 837, neque dubito quin qui „coxas eiecisse" scripsit e Graeco libro *ἐκβαλεῖν* Latine verterit. Respondeat aliquis verbum *eicere* eodem significatu legi apud Scribonium

Largum, cf. v. Staveren, Myth. Lat. p. 123, qui Comp. Med. 206: „Ad luxatum omne et eiectum et repositum articula„mentum benefacit." At qui Scribonii Largi nomine circumfertur liber diu post eum scriptus et e Graecis excerptus esse videtur.

Nonnullos iam antea indicaverunt viri docti locos qui Graecae prae se ferunt originis signa, cf. Bursian, Jahrb. f. Cl. phil. 1866 p. 784. Notissimus est qui legitur fab. 186 „Melanippen Desmontis filiam" ubi pater ille Desmontes, ut vidit Wagner in Fr. Tr., e Graeco δεσμῶτις natus est.

Qui „*Desmontis filiam*" et „*quod cum Desmontes rescisset*" scripsit fortasse non ipse Graeco libro usus est sed Latino e Graeco translato, in quo nomen Mel. Desmotis servatum esset.

Liceat paucos addere.

Fab. 15, quae Lemniades inscripta est, legitur: „*Interim „Argonautae praenavigantes Lemno* (*Lemnum.* Bunte) *accesse„runt. quos ut vidit Iphinoe custos portae nunciavit Hypsipylae „reginae, cui Polyxo aetate constituta dedit consilium ut eos „laribus hospitalibus obligaret hospitioque invitaret. cet.*"

Haec corrupta iudicat Schmidt. Conicit *Iphinoe custos portae constituta* legendum esse et inter *aetate* et *dedit* nonnulla excidisse. Cui non assentior. „*Aetate constituta*" vitiosa est versio verborum Graecorum ἡλικίας καθεστηκυίας quibus *aetas constans* significatur. Erat revera Polyxo, quae multum apud reginam auctoritate valebat, aetate provectior, quod sedulo monuerunt qui de Argonautis scripserunt.

Fab. 56 „*In Aegypto apud Busiridem Neptuni filium cum „esset sterilitas*" nihili est. Graece scriptum erat ἐπὶ Βουσίριδος, *tempore Busiridis.*

Fab. 57 non fortuito casu accidisse videtur ut verba „*qui „cum concumbere cum ea noluisset, illa viro suo mentita est se „ab eo compellatam*" prope distent a Schol. Ran. 1043 οὐ μὴ ὑπακούοντος κατεψεύσατο πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα Προῖτον ὡς βιαζομένη. E communi, opinor, fluxerunt fonte.

Insunt libro fabularum nonnulla, ex quibus suspicari possis eum scriptum esse a viro Graeco linguae Latinae parum perito, v. c. verbum „*commeletando,*" i. e. *μελετᾶν,* fab. 165, et „*leonem atrotum*", fab. 30; at quos notavimus errores facilius explicare possumus statuentes Graeca ab indocto homine versa vel excerpta esse. Interpolatori debetur, ut indicavit Schmidt, ineptior etiam error fab. 192: „*ob eamque rem de choro sororum expulsa* (Electra) *moerens crinem solutum gerit. quae cometes appellatur, sive longodes* (in Graeco libro λογχώδης legebatur), *qui in longitudinem producitur, sive xiphias, quia gladii mucronis effigiem producit.*"

Idem observandum est de alio qui Hygini nomine circumfertur libro, Poetico Astronomico. Lib. II c. 18 narratur historia Bellerophontis et victoria quam e Chimaera retulit. Sequuntur haec: „*Unde victor profugiens, post fontis inventionem cum ad coelum contenderet evolare neque longe iam abesset, despiciens in terram, timore permotus decidit, ibique periisse dicitur, equum autem subvolasse et inter sidera ab Jove constitutus existimatur.*" Quae si perpendimus, non pauca sunt, quae offendant. „*Equus subvolavit*"; at de equo nondum sermo fuerat. Titulus cap. 18 est: *Equus*; at equum alatum Bellerophonti fuisse illumque hoc equo vectum fuisse non memoratur. Imo nomen Pegasi in capitis parte quae de Bellerophonte agit, frustra quaeres. Alia narrat scriptor, sc. Bellerophontem ad coelum contendisse evolare „*post fontis inventionem.*" At cuius fontis? Fontis, qui in Helicone Pegasi ungula apertus est? At in Lycia erat Bellerophon, ut ipse scriptor monet. Et quid refert eum *post fontis inventionem* coelum petiisse? Haec omnia tam absurda sunt ut explicari nequeant. Welcker. Gr. trag. II p. 787: „Dunkel ist Hygin l. l. Unde victor profugiens post fontis inventionem cet. Es scheint aber diese auf ein Katasterismos eingerichtete Form der Erzählung schon dieselbe elende Allegorie zu befolgen, wonach bei Fulgentius III 1 Pegasus fons aeternus ist; Sapientia enim bonae consultationis aeternus fons est."

Verum haec non veri sunt similia neque multum inde proficitur. Fortasse lux affulgebit si verba obscura in Graeca convertimus. Suspicor enim in Graeco libro scriptum fuisse *μετὰ τοῦ Πηγάσου* (ut Schol. Il. VI 155) *εἰς τὸν οὐρανόν*, eumque qui Poet. astr. conscripsit vertisse ac si legisset *μετὰ τὴν πηγῆς εὕρεσιν εἰς τὸν οὐρανόν*. Quae coniectura tamen non ab omni parte satisfacit, quia *Πηγάσου* et *πηγησευ* quidem conveniunt cetera vero differunt. Nihilominus fieri potest ut ita erraverit homo plane plumbeus et imperitus. Quid enim non expectes ab eo qui Graeca Erat. Catast. c. 1 *οὖσαν δ' ἐν τῷ ὄρει θηρευθῆναι ὑπὸ αἰπόλων τινῶν* Latine reddidit: *Quae cum in silva ut fera vagaretur a quibusdam Aetolorum capta* cet. et iterum c. 4: *dedit cuidam Aetolorum alendum*, et eiusdem verba c. 13 (*Ἥφαιστος*) *ἀφῆκε τὴν ἐπιθυμίαν, φερομένης εἰς τὴν γῆν τῆς σπορᾶς*: *effudit in terram voluptatem.*? Cf. Bursian, l. l. p. 765 et Sitzungsberichte der K. B. Akademie der Wissenschaften zu München. 1876. I p. 9.

Verba inepta „*unde victor profugiens*" quin simili modo e Graecis explicanda sint, non dubito. De Hyg. P. A. c. 37 dixi pag. 112.

Eratosthenes, quem et alibi et hoc ipso capite 18 sequitur Hyginus [1]) (ut recepto nomine utar) historiam Bellerophontis non habet; pauca quae ibi leguntur *ἄλλοι δὲ τὸν Πήγασον εἶναί φασι τὸν εἰς τὰ ἄστρα ἀναπτάντα, ὕστερον τῆς Βελλεροφόντου πτώσεως* interpolatori debentur, ut iam observavit Heyne.

---

[1]) Summo iure non assentitur Bursian, l. l., iis qui Eratosthenis Catasterismos ex Hygini Poet. astr. translatos esse putant. Repugnant huic sententiae et alia et loci tragici quorum vestigia reperiuntur Cat. c. 13 et 35. Cf. ann. ad Thesm. 17.

Sed neque Catasterismorum liber qui ad nos pervenit integrum Eratosthenis opus est. Quis enim credat a doctissimo illo viro profecta esse quae legimus c. 20 de sidere Deltoto: *εὔσημον δὲ τὸ γράμμα ἐπ' αὐτοῦ κεῖσθαι ἀπὸ Διός* et: *φασὶ δέ τινες καὶ τὴν τῆς Αἰγύπτου θέσιν ἐκ τοῦ ἐν τοῖς ἄστροις εἶναι τριγώνου*? Plura eiusdem generis habet Hyg. P. A. c. 19.

INDEX LOCORUM EPICORUM, LYRICORUM, TRAGICORUM QUIBUS USUS EST ARISTOPHANES[1]).

EPICORUM.

Eq. 1056. *Vesp.* 180 713 1521. *Pac.* 386 1063 sqq. 1270 sqq. 1328. *Av.* 575 609 909 *Lys.* 155 520 538. *Thesm.* 810. *Fragm.* 1 28.

LYRICORUM.

Acharn. 120 637 970 1093. *Eq.* 404 1264 sqq. 1329. *Nub.* 595. *Vesp.* 305 1060 1063 1226 1234 1239 sqq. 1245 1431. *Pac.* 603 699? 737 775 797 835 1298 sqq. *Av.* 210 sqq. 250 904 sqq. 926 941 945 1321? 1372 1410 1426. *Lys.* 632. *Ran.* 659 704. *Plut.* 290 1002 1075.

TRAGICORUM.

Aeschyli.

Ach. 881 883. *Eq.* 759 836. *Nub.* 536. *Pac.* 1177. *Av.* 276 800 808 1183? 1197 sqq.? 1247 1420 1470 sqq. *et passim usque ad finem. Lys.* 188. *Thesm.* 136 sqq. *Ran.* 886 963 992 1028 1126 1172 1264 1266 1270 1273 1276 1285 sqq. 1344? 1383 1392 1403 1431 sqq. 1528. *Eccl.* 392 *Pac. alt. fr. p.* 194. *Fragm.* 506.

Sophoclis.

Eq. 84 498 548 1099. *Nub.* 257 583 1154? *Av.* 100 275 829? 851 857 1337. *Lys.* 139. *Thesm.* 21? 870. *Ran.* 664? *Plut.* 541 635 sqq. 806. *Fragm.* 289 368 390?

Euripidis.

Ex Alcestide *Ach.* 839. *Eq.* 1250 sqq. *Nub.* 1415. *Vesp.* 750? *Av.* 1244. *Thesm.* 194.

„ Medea *Nub.* 1397? *Thesm.* 1130. *Ran.* 1382.

„ Hippolyto *Eq.* 15. *Vesp.* 750? *Thesm.* 275. *Ran.* 101 *sq.* 931 1471. *Fragm.* 146.

[1]) De nonnullis locis dubium est utrum parodiis an paratragoediis annumerandi sint.

Ex Hecuba *Nub.* 1165. *Fragm.* 198 199*a*.
„ Oreste *Ran.* 303.
„ Phoenissis *Phoen. fr.* 470 471.
„ Supplicibus *Av.* 829?
„ Heraclidis *Vesp.* 762.
„ Helena *Thesm.* 855—913.
„ Electra *Ran.* 1314 1317.
„ Iphig. Taur. *Ran.* 1232.
„ Aeolo *Nub.* 1371. *Pac.* 114 119. *Thesm.* 177. *Ran.* 850 1080 1474. *sq.* *Aeolosicon.*
„ Alexandro *Ran.* 100 311.
„ Alcmeone *Eq.* 1302 *sqq.*
„ Alcmene *Ran.* 93.
„ Andromeda *Lys.* 963? *Thesm.* 1015—1129.
„ Antigone *Ran.* 1182 1187.
„ Antiope *Av.* 1381 *Fragm.* 804.
„ Archelao *Ran.* 1206.
„ Auge *Lys.* 742?
„ Bellerophonte *Ach.* 426. *Eq.* 1249. *Vesp.* 757. *Pac.* 58? 62? 76 *sqq.* 140? 147 148 154 712. *Ran.* 1050.
„ Erechtheo *Lys.* 1133 *sqq.* *Thesm.* 120?
„ Theseo *Vesp.* 312 *sqq.*
„ Thyeste *Ach.* 433. *Pac.* 690? *Fragm.* 75?
„ Ino *Ach.* 434. *Vesp.* 1412.
„ Cresphonte *Fragm.* 163.
„ Cressis *Vesp.* 762.
„ Cretensibus *Ran.* 1356.
„ Melanippe Phil. *Lys.* 1124. *Thesm.* 272. *Ran.* 100? 311? 1244.
„ Melanippe Vincta *Ran.* 838.
„ Meleagro *Ran.* 1238 1315 *sqq.* 1402.
„ Oeneo *Ach.* 418 471 *Ran.* 72.
„ Palamede *Av.* 842? *Thesm.* 776 *sqq.*
„ Pirithoo (Critiae?) *Ran.* 470 *sqq.*
„ Peleo *Nub.* 1154?
„ Plisthene *Av.* 1231?
„ Polyido *Ran.* 1082 1477. *Polyidus.*
„ Stheneboea *Vesp.* 111 1074. *Pac.* 124 *sqq.* 140? *Thesm.* 403. *Ran.* 1217.
„ Telepho *Ach.* 8 317 *sqq.* 325 *sqq.* 430 440 446 496—555 577 593? 659. *Eq.* 813 1240. *Nub.* 891. *Pac* 528. *Lys.* 706. *Thesm.* 466 *sqq.* *Ran.* 1400. *Plut.* 601.
„ Temenidis *Ran.* 1338.

Ex Hypsipyle *Ran*. 1211 1305 1309? 1320 1322 1327.
„ Philocteta *Ran*. 282.
„ Phoenice *Ach*. 421. *Thesm*. 413. *Fragm*. 497.
„ Phrixo *Ran*. 1225.
„ incertis comoediis *Ach*. 119. *Eq*. 973. *Nub*. 30 692? *Vesp*. 323 *sqq*. 1297. *Lys*. 369 707 *sqq*.? *Thesm*. 13 *sqq*. 405 *sqq*. 413 (e Phoenice?) 414 582? *Ran*. 105 840 1319 1331 *sqq*. 1344 1427 *sqq*. 1438 1443. *Fragm*, 74 324 390?

Aliorum tragicorum.

Achaei, *Vesp*. 1081. *Pac*. 356. *Ran*. 184. Agathonis, *Thesm*. 101 *sqq*. *Fragm*. 494. Ionis, *Ran*. 706 1425. Philoclis, *Av*. 281. Phrynichi, *Vesp*. 220 1490? 1524.

Incertorum.

Ach. 33 435 1072 (Eur.?) 1078 (Eur.?) *Eq*. 9 30 1225 1244 1248 1290. *Nub*. 138 1154 1159 1167 1264 1468. *Vesp*. 305 756. *Pac*. 1013. *Av*. 321 348 829 1147 1229 1241. *Lys*. 253? 707 (Eur.?) 742 (Eur.?) 833. *Thesm*. 76 92 146 582 (Eur.?) *Ran*. 664. *Eccl*. 1 *sqq*. 110 236? 325? 1131? *Plut*. 8? 114? 477? 759 1127 1151. *Fragm*. 83 245 261 525 533 535 557.

LOQUENDI GENUS EPICORUM, LYRICORUM, TRAGICORUM IMITATUS EST:

Ach. 47 *sqq*. (Eur.) 75 396 (Eur.) 410 *sqq*. (Eur.) 445—495 (Eur.) 731 885 *sqq*. 965 1174 *sqq*. *Eq*. 147 197 *sqq*. (Ep.) 210 (Ep.) 221 249 (Eur.) 407 (Ep.) 611 626 1030 *sqq*. 1194 1232 *sqq*. 1243 1253 1256 (Eur.) 1288 1299 1335 *sqq*. *Nub*. 41 106 335 (Lyr.) 718 744? *Vesp*. 338 729? 997 1397 1482 *sqq*. 1518 1530 1531. *Pac*. 53 (Ep.) 82—101 135 236 (Ep.) 380 *sqq*. (Ep.) 831 (Lyr.) 991 (Aesch.?) 1210 *sqq*. *Av*. 570 967 *sqq*. 1445. *Lys*. 127 (Ep.) 1257. *Thesm*. 39 *sqq*. 198 *sqq*. 455 (Eur.) 574 *sqq*. *Ran*. 64 *sqq*. (Eur.) 97 759 (Eur.) 814 844 892 (Eur.) 903 (Aesch.) 985 (Eur.) 1204 1331 (Eur.) *Ecclcs*. 369. *Plut*. 202 661. *Fragm*. 426 484 551 560 577 (Eur.) *fr*. *p*. 198.

CORRIGENDA.

Pag. 2	vs. 8		*adde*:	Cf. Ribb. Ach. Anh. p. 195.
„ 2	„ 14	*pro* 1813	*lege*:	1863.
„ 8	„ 33	„ 625	„	725.
„ 9	„ 23	„ 345	„	435.
„ 9	„ 27	„ 998	„	692.
„ 14	„ 17	„ mutaturum esse	„	mutavisse.
„ 25	*Ach.* 970 *reddatur quae leguntur Eq.* 970.			
„ 28	vs. 14	*pro* 272	„	262.
„ 32			*adde*:	Eq. 759 Ar. respicit Aesch. Prom. 59.
„ 49	„ 14		*adde*:	(fort. *ἐκ τραγῳδίας.*)
„ 64	„ 31	*pro* duxit,	*lege*:	duxit
„ 72	„ 25	*post ναυσθλώσομαι*	*adde*:	(Mein.)
„ 73	„ 5		„	Cf. Dind. Fr. Eur. 665.
„ 96	„ 10	*pro λάϑρα*	*lege*:	*λάθρᾳ.*
„ 99			*adde*	*annot.* Ipsum Homerum Cimmerios incolas habuisse regionis prope Paludem Maeotidem sitae ante paucos annos probare conatus est K. E. von Baer, ut monuit Naber, *Gids* 1877, m. Febr.
„ 129	„ 22		*dele*:	Verba — habuerunt.
„ 134	„ 16	„ sint	*lege*:	sit
„ 168	„ 33	„ *παρωδεῖ*	„	*παρωδῇ*
„ 204	„ 26	„ *ἐν ἀμφόδῳ*	„	*ἐν ἀμφόδῳ αὐτὸν ἔτεκεν.*